COMPENDIVM
PETRI PITATI
VERONENSIS IN ACADEMIA PHILARMGNICA MATHESIM PROFITENTIS,

Super annua solaris, atque lunaris anni quantitate, Paschalis item solennitatis iuxta ueteres Ecclesiæ canones recognitione, Romaniq; Calendarii instauratione, Deq; uero passionis, atq; resurrectionis dominicę die, Super additis propositionibus v. cum noua Paschæ celebritatis forma, post absolutum Tridenti Concilium, 1563. exinde Pont. Maximi Pij IIII. iussu, atque eiusdem Pontificalis Collegi consensu. (si modo illi placitum fuerit) executioni mandanda.

ORTV QVOQVE, ET OCCASV STELLARVM FIXARVM, IN TRES DIVISVM Tractatus. Opus tum Christianæ reip. tum Chronographiæ, ac Mathematice studiosis vtilissimum, nunc recens in lucem editum. Cuius quidem Compendij contenta versa pagina indicabit.

AD PIVM IIII. PONT. MAX.

Cum Gratia,



& Priuilegio.

VENETIIS,
Apud Dominicum Nicolinum.
M. D. LXIIII.

HAEC SVNT TRACTATVVM TRIVM COMPENDII HVIVSCE CONTENTA.

CLARISSIMO AC REVERENDISSIMO

D. D. DANIELI BARBARO PATRITIO

Veneto, atque Aquilienſi Patriarchę electo

Petrus Pitatus Veronenſis.

S. P. D.



ISI apud omnes, nedum apud me perſpicuũ foret, quonam beniuolentiæ cumulo cunctos virtutum quarumcunque ſectatores ex innata Reuerendiss. D. tuæ habitudine, atque humanitate proſequaris, quãtique aliorum ſtudia, laboresque & opera perpendas. Quæ tu in rationabilibus phyſicis, & mathematicis, cęterisque ſpeculatiuis ſcientiis mente conceptis, atque exinde in lucem editis, diuturnis lucubrationibus, atque vigiliis Cleãtis lucernam (vt aiunt) exolentibus, aſsiduus experiris, propterea quòd non niſi in cognitum fertur amoris cuiuſuis affectus, non æquidem auſus, inquam, fuiſſem authoritatem tuã interpellare pro gratia, ac priuilegio Illuſtriſsimi, ac Sereniſs. Venetiarum Ducalis Dominii, intercesſione tua impetranda, ne quis ſcilicet ſub eiuſdem. S. V. ditione per decennium Compendium hoc noſtrum imprimere, vel alibi impreſſum venundare audeat, pœnis in eo contentis; Quæ tu facile conſecutus, & approbationis fidem in ſacro theologorum collegio Vrbe hac Veneta adhibuiſti, vt liberius, ſynceriusque ad manus quorumcunque fidelium, atque catholicorum Compendium hoc noſtrum peruentum fuerit, nil contra Eccleſiæ ſententiam in eo ſcriptum pertimeſcat. Cuius quidem exemplar nuperrime impreſſum (ſi quando ſpeculationis ipſius occaſionem nactus fueris) reuerenter trado, animumque ipſum voluntati coniunctum, cum neque imbecilli corpore, ſenioq; confecto, neque mediocribus opibus vel minimam etiam partem tuis de me benemeritis haudquaquàm referre poſſim. Vale. Veronæ.

AD PIVM IIII. PONT. MAX. SVMMVMQVE SACRORVM ANTISTITEM PETRI PITATI Nuncupatoria Epistola, qua illius sanctitatem implorat, ut æquinoctii, atque luminarium congressuũ anticipationẽ propria Romani Calendarii sede statuat, atq; ita festorũ mobiliũ, Paschæ præsertim, deuiattiones illo mãdante tollantur.



QVVM Maximus ille cœli rector, qui insopito æternitatis suæ oculo cuncta circumspicit, dilectam sponsam suam in terris ambulantem, vno tamen pede claudicantem aspiceret, illius misertus, ueluti Dauidem, non Saulem in regem elegit, sic pro salute, & incolumitate illius Pium Medicem, non Hippocratẽ, aut Auicennam pro salute, atq; inculumitate illius in uerbem misit, Quæ ut mundi caput, sic illius, qui in sinu patris residet, in terris uicemgerentis sedem tenet. Hunc inquam Pium IIII. Pont. Max. Deus, vt medicum, & pium, qui dudum claudicãtes paschales canones instauraret, atque pristinæ incolumitati ecclesiæ spõsę ipsius sanctiones restitueret; Nec minus, quàm Pius alius post. B. Petrum Apostolum hoc nomine primus, paschæ diem (quæ maxima est solennitatum solennitas in ueteri, ac noua quoq; lege) Dominica die, in memoriã resurrectionis Dominicæ (nõ aũt alia quauis feria 14. luna in memoriam cœnæ domini contingenti) cunctis Christi fidelibus, diuino admonitus oraculo, celebrandam sanciuit; Sic Pont. hic. Max. pius IIII. exorbitationes paschalium canonum reuocet, & instauret. Quod uere quidem futurum arbitramur cùm ob nominis utriusque affinitatem, tum ob iuris utriusque, paremq;, & æqualem amborum diuinarum, nedũ humanarum rerum (quod & de illo credendum est) agnitionem. Quod cum par, & æqualis quoque amborum fuerit, ac sit in terris delegata potestas super omnes Christianæ reip. ecclesias, totiq; ipsi catholicorum conuentui præualeat, solusq; Ro. Pontifex per se, uel cum eiusdẽ (si libeat) collegio nouas leges, nouosq; ritus, & canones, circa mores præsertim, quæq; diuinæ, ac naturali legi minimè aduerientur, con-

ſtituere posſit & valeat,cũ maxime omnis lex,atq; potoſtas ſit in pectoris ſui ſcrinio collocata. Tu ergo ſumme Pon. Pie IIII ad opus hoc tale,tantumq;,tibi honorificentisſimum, totiq; Chriſtiano gregi diuino tibi nutu commiſſo vtilisſimum accingere,hoc quidem ob ieiunantium vtilitatem,caloris quandoq; exuberantia, ac cibariorum acuitate corpora noſtra exſiccantia, dum quadrageſima ad xxv Aprlis quandoq;,perperam tamen,transferatur, tũ ſantitati tuæ, quòd exorbitationem hãc perſpicacitate tua abſtuleris,ob quam ieiunii tempus raro ultra Martium,ac primi menſis finem transferatur. Adde quòd vulgi murmurationes ſuſtuleris,lunã cornuta facie aſpiciẽtis,quãdo eccleſia primã ,pnũciat,nec non lumine deficientẽ xxv. ſ. ſiue xxvi. quãdo eadẽ eccleſia 15. vel 16. indicat. Hinc hebręorum blacterationes obtundes,ignorantiam,atque inſcitiam paſchalis ſolennitatis,nec temere, nobis impingentibus. Nec tamen rem adeo nouã,vel perdifficilem (ni vulgo forte) tentabis,quã quondam Romani ciues poſt Numam Pomp. ad græcorum imitationẽ per interpolationem dierum 90. ſiue menſium trium, octauo quoq; anno,atq, Auguſtus per annos 12. cõmunes tranſactos, nec non Nicæni concilii Patres Latinorum, atq; Græcorum inſtar per embuliſmorum,ſiue menſium ſeptem interpoſitionem in annis xix. vt vtrũque ſolarem,ac lunarẽ annũ cœleſti motui congruentẽ,quoad fieri potuit;hebręorum more,accõmodarent. Quodq; olim œcumenici concilii Patres,inſtante Reuerẽd. D. D. Aloyſio Lyppomano vere patriæ noſtræ patre vicemgerẽtis Pauli III. Pont. aſſeſſore,proponendum,atq; obtinendum ſperabamus, ni tunc ſubitus belli furor obſtitiſſet. Quod tu Pont. Max. Pie. IIII. annis his duobus 1561. 1562. (dum vita comes) diebus 7. in anno, è menſibus totidem dierum xxxi clandeſtine;ac furtiue penè bis inquam,ſurreptis,Pontificio iure abſque vniuerſalis cõcilii intimatione ſolus, & cũ Pontificali collegio efficere poteris De anno 1500 ac reliquis centẽnis,nec minus de calẽdarii reformatione annis quibuslibet xix. ſiue 304. curam ac normam poſteris relinquens. Quæ quanto tu celeriori expeditione perfeceris,tanto toti Chriſtiano populo gratiorem gratiã,nedum nobis exhibebis,vnde magnus ſanctitati tuæ ſplendor & gloria toto terrarum orbe reſultet. Vale, ac in æternum viuas. Veronæ cal. Ian. M. D. LX.

AD SACROSANCTI OECVMENICI CONCILII PATRES,

IVSSV PAVLI III. PONT. MAX. ET CAROLI V. Imperatoris assensu, Anno M. D. L.I. Tridenti congregatos. Modo autem ad ipsum sacri pontificalis collegii cœtum, summūq; R. Pont. Pium IIII. pro Romani calendarii emendatione, veraq; paschalis diei obseruantia, Petri Pitati non minus Christiana, quàm catholica supplicatio.



ET si leges & statuta apud omnes ita sēper inuiolabilitèr obseruari mādantur, vt quāuis ex earum innouatione boni aliquid etiā pręse ferāt, quo minus tamē fieri possit, immutentur, ne.s. statuētis arbitrio potius, quàm rationabili causa mutationem hanc legis vulgus ascribat, & propterea authoritatem ipsam, quam longa, assiduaq; temporis obseruatione acquisierat: lex ipsa amittat. Veruntamē aliquando leges ipsas pro loco & tempore (si ita visum fuerit reip. expedire) omnis princeps, omnisq; aristocratia non modo interpretandi, moderandi, ac despensandi, verum etiam corrigendi, atque emendandi potestatem omnimodam habere ex sapiētibus, qui de politicis egerunt, satis quidem exploratum habemus. Quod necessarium quidem, nedum opportunum iuxta loci, ac temporis exigentiam, penes Aristotelis sententiam, quinto præsertim Ethicorum, comprobare poterimus; vbi humanam is legem & temporis, & accidentium plurium conditionibus perspectis, ueluti lesbiam regulam marmoreis lapidibus (vt aiunt) accommodandam existimat. Quod non tam in politicis, quàm ecclesiasticis etiam dogmatibus, in his inquam, quæ ad mores, exteriorem que Dei cultum spectant (non tamen in his quæ ex diuina, aut naturali lege adimplenda tenemur) pontificio quoque iure

pro

pro confesso concessum habemus. Hæc dum in rem nostram, totiusque christianæ reip. vtilitatem mecum sæpius animo, menteque reuoluo, occurrit quippe illud Platonis dictatum, hominem non solum natum sibi, sed patriæ, parentibus, & amicis, proptrrea post Deum Max. atq; Opt. cui honorem maxime, atque obedientiam impēdere debemus (cum nostri neutiqnam operis indigeat) quemlibet in quam, pro uiribus eniti debere, vt omnibus in vniuersum, nostrę autem præcipue religioni prodesse valeamus. Quæ dum cogito, viresque meas animo mecum perpendo, nequiens pro talento talentum, nedum duo pro negotiatione mea reddere, obulum, uel minutulum saltem (quod vnum hoc tantum possum) pro christiana repub. exponendum duxi; vt & si vtilitatis parum, animo plus tamen, quàm re ipsa, pro religionis nostræ beneficio expendam. quid autem postea, quæ ad interiorem Dei cultum, fideique corro borationem, christianæ, & apostolicæ legis institntionis obseruationem spectant (in quibus certe non meum est, tā quam in alienam messem ponere falcem) quid, inquam, christianæ reip. dignum magis, aut opportunum, immo necessarium magis tempori huic nostro præstari poterit, quàm quòd præcipuos vniuersalis ecclesiæ canones, à Christi D. discipulis Petro, & successoribus institutos (qui quidem ad vtrunque veri Dei cultum attinent, ac per multa postmodū sæcula ab antiquis patribus custoditi, modo antem ex Romani calendarii decursu temporis à veritate collapsi, contra sacrosanctorum synodum præcepta in Paschæ, atq; eorum, quæ mobilia festa dicuntur, obseruationem, in nostræ, inquam, religionis opprobium custodiuntur) in pristinum, ac cœlesti motui, penès prædictas ecclesiæ sanctiones, con sentaneos, eosdem quoq; inuiolabiliter custodiri videamus. Quòd si quis (insulse tamen) obganniens parum id quidem referre putarit, an citra parum, vel ultra etiam paschales terminos ipsos, paschalem nos diem obseruemus, dummo do quadragesimam, ipsumq; resurrectionis diem in anno se mel celebremus, Attendat is quæso, (vltra diuinum veteris legis oraculum exterminationem animæ illius minitantis, qui non fecerit debito tempore phase domino Deo suo) san ctorum patrum decreta, Antiocheni præsertim, siue etiam Calchedonensis cōuentus, illorum exorbitationem anathe

mati

matizantium, qui soluerint regulam magni Nicæni concilij de sancta, & salutari festiuitate Paschali Saluatoris D. I. N. Christi. Audiat is quoque verporum calumnias in Paschæ nostræ obseruationis ignorantiam extorquentiū, vulgi quoque blacterationes, lunam modo quintam, modo sextam cornuta facie conspicientis, cum primam Ecclesia, atque exinde quartamdecimam post dies totidem ex aurei numeri decem nouenalis cycli exorbitatione pronuntiat, cùm decimanona, siue vigesima verè magis fuerit computanda. Ex quo eadem vigesimaquinta, siue etiam vigesimasexta cœlo iam lumine diminuta perspecta (quo inquam dierum numero pascha nostrum per decreta Ecclesiæ vetitum sit omnino celebrari) vulgaris è pactæ computus præsenti vsuali Ecclesiæ obseruationi, volucrumque cœli vernalis temporis agnitio, nostri primi mensis indagationi præfertur, dum ex Romani Calendarij exorbitatione non modo lumine plenam in deficientem penè Lunam, sed ipsum etiam vernale tempus in æstiuum ferè commutemus, secundo perperam mense (Sole videlicet Tartari dimidium ferè possidente) Pascha nostrū celebrantes. Quo fit vt tum ex temporis ipsius incertitudine, tum ex æstiui caloris exuperantia, vltra cibariorum salsedinem ieiunantium corpora plurimum admodum exficcantium (non tamen excusabili penitus ratione) ipsum quadragesimale ieiunium plurimi effugiant. Quarum quidem exorbitationum stabilis, & firma æquinoctij sedes vigesimo primo Martij, siue diui Benedicti die, ab anno Domini, 323. tempore Nicęnæ sinodi, ad hæc vsque tempora nostra ibidem custodita, aureus quoque decemnouenalis cycli numerus ipso quidem constitutionis tempore Lunam primam, modo autem quintam indicans, erroris huiusce ansam nobis hactenus non modo præbuit, verùm etiam in futurum maiorem indies exibebit, vt sic pascha nostrum non secundo tantum mense, verum ipso etiam nouilunij die celebretur, quod quidem festum à quintadecima Luna ad vigesimam primam tantum (ne forte solaris ecclypsis in ipso passionis, ac nouilunij die concurrat) per antiquos Ecclesiæ canones vetitum penitus exhibemus. Eapropter quæ dudum cura Pio. i. Pont. Max. tum Aniceto. Elutherio, atque Victori in hac recta Paschæ celebratione iugiter incubuit, quæq; olim Aegyptijs mathematicæ cultoribus, Alexandrino præsertim Pontifici ab anti-

antiquis occidentalis Ecclesiæ patribus delegata demum fuerat, ut scilicet emusicatos paschales canones, uel ex integro conficerent, uel confectos denuo elimarent, ne si quando in alterutro luminarium cursu aberrarent, (ex quibus omnis paschalis ratio dependet) illud sapientum examine penderetur. Hæc primum Pium. IIII. Pont. Max. qui totius Ecclesiæ caput representat, tum Imperatorem Ferdinandum Christiani, ac Romani Populi Principem, Rectorem, atque Gubernatorem, tum uos omnes tàm præsentes, quàm futuros modo uniuersalis concilii patres (si quando Pont. Max. placuerit) in unum congregatos, cura eadem moueat cordibus inhæreat, mentes erigat, urgeat, atque coerceat, ut inueteratas paschalis solemnitatis exorbitationes, atque Romani calendarij decursu temporis in abusum irreptos canones, in melius commutetis, corrigatis, & emendetis. Neque ob id tamen mutationem hanc, quin innouationem potius paschalium canonum per uos tandem procurandam frequenter nimis reiteratam quis dicere poterit, cum ab annis mille ducentis, uel circiter, à Dionysio uidelicet Romano Abbate, qui floruit anno circiter. 530. Christi D. neque citra ulla unquam solennitatis paschalis norma, neque instaurationis ipsius canon aliquis exhibitis nobis tradatur. Quod si uos diuino numine afflati in Romanæ Reipub. decoris instaurationem efficere curaueritis, sic per uos omnis recidiuæ paschalis solemnitatis splendor exurget, nullusq; deinceps cauillandi locus Iudæis perfidis relinquetur, cum nos non ultra paschales terminos, à quartadecima uidelicet (quam ipsi pertinaciter quoque obseruant) ad uigesimam primam uernalis lunationis, nec secundo ampl siumen se (quod & illi à prisca Hebræorum, ut & nos ab antiqua institutione, aberrantes efficiunt) sic rectius, quàm ipsi suum, pascha nostrum celebrantes aspiciant, ac denique suis. (ut aiunt) armis perfodiantur; atque ita omnes cum ex nostratibus, tum alij etiã christianæ modò religioni infesti, qui lunares quoque annos, & menses obseruant, rei huiusce ignorantiam impingere nobis desistant, sicque omnes denique blacterandi finem imponant. Quod perquam facillimum quidem fore existimaui, si quæ nos alias à Paulo Episcopo Forosemproniensi, Ioanne Stœflero, & al.js negotij huiusce censoribus tradita sunt atque ea, quæ alias libro nostro paschalium canonum, ex multis

tis in unum collegimus, tum aliqua etiam ex officinæ nostræ latebris nouiter excerpta (quæ uestro nunc exanimi truti-nandà post Pont. Max. consensum committimus) in medium uestri reuerenter adducamus. Quæ omnia & singula tum exactissimo Ecclesiæ, tum omnium uestrum iudicio, qui & membrorum & capitis illius, qui in cœlis est vicem geritis, non minus terminanda quàm corrigenda, mendanda, atque etiam abolenda, ubi visum fuerit, humiliter exponimus.

Hęc sunt quæ circa paschalis diei celebrationem examinanda, pertractandaq; summatim proponimus, quæque summi Pontificis iussu, sacrique eiusdem collegii consensu (si modo illi visum fuerit) siue etiam generalis concilii authoritate firmanda, stabiliendaq; extant. Propositio I.

ET si Pontificis Max. arbitrio, siue etiam œcumenici cōcilii authoritate paschalis diei solennitas stato die firmari siue id solari (posthabito lunari) mense fiat, vt quinto Aprilis, siue dominico huic proximiori die (quo vere Christum D. à mortuis surrexisse, & rationabiliter credimus, & affirmamus) siue id alio possit quoquo magis libuerit, stabiliri die; Veruntamen quia non tàm lex uetus, quàm Gręca & Latina Ecclesia, Caldæi quoque, Arabes, & AEgiptii lunares annos solaribus, vt plurimum, insertos custodiunt, & nos pro paschali, cæterisque mobilibus festiuitatibus lunares quoq; menses & annos p decemnouennalis cycli numeros Romano calendario per Dionysium Ro. Abbatem descriptos tum ab apostolis, tum sacris synodalibus constitutis haud secus admoniti, à primæua Ecclesia hactenus obseruauimus; Propterea id nobis minime immutandum uidetur, quod nobis à prædecessoribus haud irrationabiliter traditū, aliis adhuc commodum fore existimamus, si quando christianæ fidei infesti ad veri Dei cultum ipsomet iubente, reuocentur: Eò maxime etiam, ut quemadmodum quintadecima luna solaris defectio (nisi miraculose tantum) sub lege cōstitutis haudquaquàm contingere potuit, ita nobis passionis, ac mortis christi D. memoriam recolentibus (quod antiqui partes summopere euitarunt) illud idem neutiquàm eueniat: quod contingere posse si stato die solaris mensis alicuius id fieret, minime dubitamus.

Proposito

Propositio II.

AEQVINOCTII Sedes, prima paschalis solennitatis methodus (quòd uere dies noctibus æquat) non tam à veteribus antiquæ legis, quàm à patribus noui testamenti, Beda præsertim, Anatoliò Episcopo Laodicensi, & aliis pluribus tam accurate obseruari præcipitur, proprio calendarii loco, quò ad fieri posit, collocanda consulitur; Tum annua vsualis anni quantitas corrigenda, atque emendanda proponitur, Secus his duobus neglectis & vernalis temporis qualitas ad Februarium, ac Ianuarium deuoluetur, septuagesima quoque ad Decembrem (seruatis etiam Ecclesiæ, veterumque patrum primi mensis sanctionibus) nec non quadragesima ad Ianuarium transferetur; ob quæ plures extant in exorbitationis huiusce resurctionem formulę, quarum (cęteris omissis, quas aliàs pertractauimus) vna hæc est, vt dies quatuordecim in annis duobus, septem videlicet ab vno quoque detrahantur, Ita vt cum semptem sint in anno Romano menses dierum 31. videlicet Ianuarius, Martius, Maius, Iulius, Augustus, October, atque December, hi dierum triginta annis duobus tantummodo fiant; Atq; exinde primus, secũdus, ac tertius cẽtesimus quisq; Christi D. annus, qui secus bisextilis esse debuisset, communis modo pertranseat, quartusq; de hinc post tercẽtenos (veluti in annis quatuor communes tres intercalaris quisq; subsequitur) bisextilis haud secus quotusquisq: centesimusquartus cõmunes tercẽtenos tres ex ordine subsequat̃. Sic nãq; à quingẽtesimo post mille Christi D. transactos (qui bisextilis dudũ effluxit) inchoando, subsequẽtes ad quartũ vsq; millesimum noningentesimum, tres scilicet. 1600. 1700. 1800. cõmunes efficiantur anni millesimus vero noningentesimus intercalaris ex ordine permaneat. Itidẽ. 2000. 2100. 2200. Christi D. anni cõmunes æquè fiant, atq;. 2300. haud secus quàm, 1900. atq; 2700. (seruata in reliquis de quarto in quartũ vsq; ad centesimũ queq; prisca intercalandi serie) bisextilis æque pertranseat, vt firma, stabilisq; æquinoctii verni sedes. 23. communi, atque. 24. Martii die bissextili

1500.	biss.
1600.	cões
1600.	cões
1800.	cões
1900.	biss.
2000.	cões
2100.	cões
2200.	cões
2300.	biss.
2400.	cões
2500.	cões
2600.	cões
2700.	biss.

ætili anno Romano calendario tandem ſtatuatur. Cum nanq; annis quibuslibet centum trigintaquatuor vſualibus ferme, penes Alphõſi tabulas, cœleſtiũ motuũ (planetarũ pſertim) æquilibrium, æquinoctia die vno vſq; modo, in diebus anni pręueniant, ſic diebus tribus, in annis quadringentis deductis, vera ſolaris anni quantitas per nouam quoque obſeruationẽ in celeberrimo Tubinge gymnaſio anno. 1516. in meridie decimæ Martii (teſte Hieronymo Cardano mathematico, ac philoſopho inſigni in ſuo aſtronomico ſupplemento) examinata, ac minor tantum trigintaquatuor ſecundis, ac tertiis vndecim horę vnius, quàm Alphonſi annua conuerſio, reperta (cui & Abraam Zacut dudum, nec minus ex neotericis cœleſtium motuum obſeruatoribus Nicolaus Copernicus, atq; Eraſmus Reinoldus in media & æquali annua ſolaris, atq; æquinoctii reſtitutione, ſi non penitus, ferè tamen aſſentiunt) propterea non aliam, quàm prædiximus, intercalandi formam ſuſcipiens, vt ſcilicet cum dierum trium numero vſualium annorũ ſumma excreuerit, Sic à quibuslibet reuolutionibus annorũ. 400. diebus tribus ſurreptis, eadẽ annorũ quãtitas, ipſi reuolutionũ ſolariũ numero, atq; ipſi quoq; tẽporis ſpatio adæquetur, superextantibus tãtũ ſecũdis. 27. ex minutiis horę vnius, vltra dies tres pdictos, vix poſt multa ſæculorũ millia ad diẽ integrũ aſcẽdẽtibus. Quãuis etenim ſolaris ãni quãtitas penès neotericorũ obſeruationes, tã ab aliquo eccẽtrici pũcto iuxta vetuſtiores, quã etiã ab ĩterſectionibus æquinoctialis, & eccliptice octaui orbis (quas Ptolemæus ĩmobiles arbitratus eſt) inæqualis quoquo modo repiat, cũ pũcta hæc vtraq; ĩterſectionũ pdictarũ, & alia queq; cyclorũ ipſorũ octauæ motu agitẽtur, difficilimũq;, ac ipoſſibile pene ſit illa in primo mobili aſſignare, ppterea æquinoctia, ſoliſq; introitus ĩ Arietis pũctũ fixorũ ſignorũ diuerſificẽtur, quinĩmo gradus aliquot, ac minuta (cõtra modo dictã Ptolemæi ſententiam) inter ſe ferè ſemper diſtent, ita vt cum vnus preuæniat, alter ſubſequatur; quod in planetarum theoricis, & octauæ æque clarè patet; Verũtamen poſito ad huc trepidationis motu (quẽ nonnulli, nec iniuria forſitan redarguut) cum ſic parui circuli Arietis, & libræ capita, ſiue etiam interſectionum prædictarũ puncta, octaui orbis motu à capitibus ſignorũ fixorũ Arietis & Libræ elongentur, eſt tamen inter elongationes

ipſas medium quoddam, ad quod definito limite, ac tem pore deferantur, & ad quod deuenire oporteat, ut quantum determinato annorum numero 3500. (penes Alphonſi regis tabulas) idipſum Arietis caput octaui inquam orbis, à primi mobilis puncto capitis eiusdem elongetur, tantundem itidem temporis spatio ad primum capitis ipſius reuertatur initiū, vnde æqualitas quædā exultet, quemadmodum in mediis planetarum motibus, ac luminarium coniunctionibus & oppoſitionibus fieri perſpicimus. Extat tamen certa æquādi anni ratio per reſtitutionē ſolis ad eundem eclipticæ fixæ punctū, tam in longitudine, quàm in latitudine per arcum orbis magni à polis eclipticæ fixæ per centrum solis in punctum eundem, in quo sol fuerat, nullam ſtatuendo differentiam quòd sol sub mobili eclipticæ in vtramuis partem deferatur. Sed quoniam eccleſia in diuinis myſteriis nō tam ſtricte mathematicam certitudinem requirit, veluti aſtronomus in planetarum motibus accuratiſſime, quoad fieri poſſit, obſeruat, verum eadem, ueris, & inæqualibus neglectis, medios, & ęquales luminariū motus (quod & hebræi itidem à Moſe & Noa citra, græci quoque & latini patres fecerunt) obſeruat. Ideo præmiſſam ſolaris anni quantitatem (vt propoſuimus) ab eccleſia Romana amplectendam conſulimus, quæ media inter Ptolemæi, atq; Albategni metas, præcipuos rei huiuſce obſeruatores ĩcedit, ꝓpterea minus quidē à ſcopo aberrare poterit, donec inquā, & quouſq; peracta octaui orbis reuolutione integra annorū ſeptenū milliū, quę a Chriſti tēpore, vel prope exordita eſt, idē, qui nunc, vel alius cœlorū motus certior nobis exinde appareat. Ex ꝑmiſſa interim dierū quatuordecim ĩ ānis duobus āputatione, atq; dierū trium ānis quibuslibet. 400. surreptione, æquinoctium nō lōge à priſca eiusdē ſede. 25. vel. 24. Martii die, quò Iulii Cæſaris, ac Chriſti D. tempeſtate ferebatur, occurret, nec lōgius quidē paschales quoq; termini ab vſualibus tunc primęuæ eccleſiæ limitibus ſtatuentur. Quod dierum ſeptē tantum in anno uno facta ſubtractio (licet alias Baſilienſis ſynodi patribus, nec minus nobis aliquando arriſerit) non efficit. Adde quòd dierum quatuordecim in annis duobus (vt diximus) ad miſſa ſubtractio, atque biſſextilis diei ternis quibuslibet centénis omiſſio, ſic paulatim, atq; clandeſtine fiet, vt nec multorum aures (vul

gi

gi præſertim) vel minus ſaltem offendat. Sic neque æquinoctii locus ad Februarium, propterea neque ſeptuageſima ad Epiphaniam, vel quadrageſima ad Ianuarium deuoluetur; ob quę diuinas laudes, alleluia præſertim, vel omittere, vel in aliud ſaltem tempus transferre neceſſum quippe foret, mutatis etiam paſchalibus limitibus, ſeruataque, vt nunc, Romani anni, atque vſualis calendarii forma: Accedit adhuc, quod ex præmiſſa dierum quatuordecim in annis duobus amputatione, ſummi Pontificis nutu conceſſa, nullus tamen lunaris, vel ſolaris eccleſiæ cyclus(adhibita tantum reformationis formula, de qua intra)nec biſſexti locus, niſi trecentenno quoq; varietur. Quem ſecus anfractus centennum annorum numerus,ſiue annis quibuslibet.106. penes Albategnum, ſiue.120. penes Stœfleri ſententiam, vel. 134. ſiue,etiam annis quibuslibet. 133. abſque tertia anni vnius parte, pluribus idiotis, ac vulgaribus præſertim,ob variam,& iſtabilem intercalandi ſeriem, incertum ſæpius redigeret.

Propoſitio. III.

AVreus lunaris ſiue decēnouēnalis cycli numerus Romano calendario aſcriptus, qui luminarium coniunctionē quālibet tempore inſtitutionis ipſius, ac Nicenæ Synodi, propterea lunā primā proprio dierum numero,inſtar calendarii græci, demonſtrarat, quiq; modo ex poſtergatione, dierū quatuor ferè à uero cōiūctionis die iuxta amborum luminarium motum elōgat,vt ſic paſcha noſtrum ad vigeſimā quintā,ac vigeſimāſextā lunam,nec raro quidē, trāsferatur, dū quartadecima ſcilicet ex īueterata aurei numeri poſitione, dominica concurrens, ad ſubſequentem dominicę diem per dies ſeptē completos ex eccleſiæ vſu obſeruatur, idem aureus lunaris cycli numerus in erroris huiuſce emendationē, abſq; vlla cycli ipſius īmutatione cum numero horarum ac minutorum èregione diei illius,cuius poſt meridiē Romanæ Vrbis,tanq̄ totius eccleſiæ capitis, coniunctio quælibet luminarium fieri contigerit, ex integro calendario noſtro à ſcribendus cenſetur, ſiue modo annis quibuslibet. 304. maioris, ſiue mauis minoris lunaris cycli ipſius annis ſingulis decēnouem innouetur, quod tutius exiſtimamus, quodq; præteritis ante Chriſtum.D. tēporibus,nedum poſtea,iudæi

quoq; nostri temporis obseruant, dum per cyclum eorum decennouennalem, qui nostrum ternario numero subsequit, cōiunctiones medias luminariū magis q̄ per cyclū magnum paschalē annorū. 247. examināt. Cuius quidē (nostri inquā lunaris cycli reformationem) cū libro nostro paschalium canonum affatim, tum hic inferius breuiusculè, nec diminutè tamen, vt nobis visum fuit, tradidimus.

Propositio. IIII.

VErus paschalis solennitatis canon à Gratiano de consecratione distinct. 3. nobis traditus minime immutandus, quin exponendus magis hic extat. Quod est, vt à quartadecima luna primi lunaris mensis ad vigesimā primā eiusdē mensis diē, eadē celebretur festiuitas. Lunatio nāq; illa, cuius quartadecima (teste Beda, & Anatolio Epo. laodicensi) post ipsū proxime cadit vernale ęquinoctiū, cuiusue coitionis hora, siue antea, siue postea, propinquior fuerit solis (supremi inquā orbis) in Arietē introitu, lunatio qdē illa verus, certusq; erit paschalis solēnitatis index. Cuius quidē oppositionis hora si sabbati die post meridiē, ante videlicet subsequentis dn̄icę meridiem, siue quāuis alia hebdomadæ ipsius die contigerit, tunc subsequenti dominica, iuxta antiquos, verosq; ecclesiæ canones, pascha nostrum obseruetur. Secus nāq; plenilunio post meridiē dn̄icę diei coīcidenti (ne ꝓpterea quartadecima haud plenè transacta, cū iudæis die eodēmet phase celebremus) ad octauam diei illius, subsequentē videlicet dominicæ diē, iuxta Teophili Alexandrini præsulis, Cyrilli quoq;, nec non Romanæ, totiusq; ecclesiæ vsum trāsferendū festū istud cēsemus; qua de re capi. 15. paschaliū canonū nostrorū plurima in doctorū aliquorū cōcordantiā disseruimus. Verū hoc vnū admonendū duximus, vt pascalis diei obseruantia non ex innouatione aurei numeri tm̄, atq; æquinoctii verni, in calendarii collocatione (si qū in ꝑdictis dubium aliquod versetur, vel de impressorum incuria dubitetur) quàm per astronomicā supputationem, & certius quidem libretur, quod & ab antiquis occidētalis ecclesiæ patribus obseruatū traditur, vt si non veros, & inæquales planetarum motus in quartædecimæ lunæ exquisitione custodimus, medios tn̄ & æquales (quod græci oēs, atq; latini hactenus fecerunt) incorruptos seruemus.

Calen-

Calendarii novi, Atque coniunctionũ mediarũ luminarium, quarum quælibet dies continet. 29. horas duodecim, minuta quadragintaquatuor, pro his, quæ mobilia festa dicuntur, canonumq; ipsarum iuxta vsualium annorum obseruationem, à Martio, ob bissexti, æquationumque variationem, incohantium. Expositio.

SCiendum est imprimis quòd coniunctiones mediæ ab anno Domini. 1520. per annos decemnouem inclusiuæ sequentes, calendario huic nostro descriptæ, nulla indigent æquationis ope, nam quibus mensium diebus, horis, atque minutis post Vrbis Romæ meridiem præterierint, per aureum numerum vertentis tunc anni singulariter adnotantur. Verum elapsis annis decemnouem post ilicet completum. 1538. ineunte postmodum alio lunari cyclo, tali tunc opus est æquationis norma, quæ propria coniunctionũ atq; oppositionum tabula cuiuslibet decẽnouẽnalis cycli per annos. 304. inferius describetur. Hoc tñ prius (vt diximus) animaduerso, quòd anni exordiũ (ita bissextili varietate exigenti) à Martio pro æquationum ipsarum distributione sumatur, pręter Ianuarium, ac Februarium menses in cycli cuiusuis initio, qui quidem æquationes proprias sigillatim exquirunt, quiq; siue Romanorum more à nãte, siue etiam ab incarnationis mense Martio inchoentur, eandẽ tñ utrouis pacto æquationem asciscunt, in reliquis annorum ipsorũ initium (vt prædiximus) à calendis Martii pro æquationibus tm̃ auspicandum, Dominicali tñ litera, atq; aureo numero à cal. Ianuarii per anni reliquum Romanorum more inseruientibus. Sic etenim in Ianuario primũ, ac Februario anni. 1539. in propria prædictarum æquationum tabula inferius exponenda, sub vnitate aurei numeri è regione dñicelis literæ horę 7. minuta 28. ibidem ascripta, iuxta notam Mi. minuantur; à Martio vero anni ipsius 1539. & ultra per anni reliquum, ac subsequentis anni menses Ianuarium, ac Februarium, alio licet currente aureo numero (duobus videlicet) horæ. 15. minuta. 32. è directo aurei numeri ãni prioris, ac mensis Martii. 1539. acceptis, addantur. Mensibus his duobus exactis, à Martio sequentis exinde anni. 1540, subseqnentium instar, statuente primordium, horę. 7. mi. 28. è regione mensis ipsius, atq; duobus ex aureo nu-

mero per annos tres (vt tabulæ aſcribitur) ad Martium vſque anni. 1543. excluſiue minuantur. Agnita tabulæ diſpoſitione cùm tu aliquam ex luminarium coniunctionibus poſt annum completum. 1538. vſque ad annum. 1823. quibus menſium diebus, horis, ac minutis, non ſecus ac per aſtronomicas tabulas, occurrat, venandam propoſueris; tunc cum aureo numero propoſiti, ac uertentis anni, quẽ in tabula æquationum, modo iam dicto, vel alio, acceperis, menſem, inquam, cuius tu lunationem quæris, in calendario nouo inferius poſitam exquire; Ibi enim è regione aurei numeri vertentis tunc anni, menſis diem, horas, & minuta, inuenies, quibus horas, & minuta æquationis iam dictæ anni propoſiti, vt ſupra, propria æquationis tabula inuentæ accommoda, ſi enim æquationem ipſam Adde titulum inueneris, ipſas æquationis horas, & minuta, horarum numero, ac minutorum, quæ tu in calendario cum aureo numero excerpſiſti, accumulabis, ſin autem Mi. nota affuerit, tunc æquationem à diebus, vbi opus fuerit, horis & minutis eiſdem minuito. Sic enim quæſitum coniunctionis propoſitæ tempus elicies, cui ſi modo dies. 14. minuta. 22. addideris lunationis eiuſdem oppoſitionem, cum quartadecima completa, atque exacta conflabis. Coniunctionem ergo pro exemplo accipio anno primo calendarii noſtri. 1520. Ianuario menſe. 19. diei eiuſdem. horis. 13. minutis 50. poſt meridiem tranſactam, calendario nouo, è regione vnius aurei numeri deſcriptam; ex ac enim coniunctiones omnes annorum quorumcunq; ſub vnitate aurei numeri in Ianuario concurrentes ad annum vſq; cycli vltimi. 1805. hoc pacto adæquandas inſinuo. quarum hanc tu primam experiere. Habito, vt diximus, 19. Ian. die cum hor. 13. mi. 50. æquationem anni. 1805. vltimo decemnouennali cyclo propria (vt prædiximus) æquationum tabula acceptam, quæ eſt dierum. 1. hor. 16. mi. 1. hanc tu á diebus coniunctionis primæ pro radice habitæ, iuxta notam Mi. ſubducito, ſic nanq; dies reſiduabis. 17. hor. 21. mi. 49. tempus inquam, coniunctionis mediæ Ianuario menſe anni. 1805. aureo numero eodémet, quo prius, anno. 1520. vno ſcilicet decurrente. In Martio autẽ ãni prædicti. 1805. horas. 16. mi. 1. (quemadmodum tabulæ cycli eiuſdem aſcribitur) à diebus. 18. hor. 15. mi. 18. vbi vnitas in Martio

tio calendario nostro ascribitur, educes, sic nanq; coniunctionis diem. 17. hor. 23. mi. 17. pro coniunctione Martii mensis anni eiusdem. 1805. exhibebis. Nec minus subsequenti Romanorum anno. 1806. Ianuario mense inchoato, duobusq; ex aureo numero decurrentibus, si modo à diebus. 7. hor. 22. mi. 38. in calendario è regione aurei numeri ipsius duobus scilicet, mense eodémet repertis, æquationem præmissam. hor. 16. mi. 1. subduxeris (cũ à Martio subsequenti, non à Ianuario præcedenti, nisi inchoante quolibet decemnouennali cyclo æquationum ratio, vt diximus, assumatur) sic tu coniunctionis diem. 7. hor. 6. mi. 31. pro anno Romano 1806. in Ianuario elicies. Haud secus annis. 1807. 1808. in Ianuario, ac Februario, cæterisq; dehinc amborum annorum istorum mensibus, vsq; ad Martium, anni inquã huiusce 1808. efficies; qui eandem horarum. 16. mi. 1. æquationem minuendam exhibent. Vnde ex eiusdem subtractione á diebus. 26. hor. 20. mi. 11. ex calendario iuxta ternarium numerum aureum anni. 1807. Ianuario mense excerptis, atq; à diebus. 15. hor. 5. mi. 0. è regione aurei numeri quatuor. s. ãni 1808. eodémet, quo prius, calendarii mense exhibitis, sic dies. 15. hor. 12. mi. 59 anni huius. 1808. atq; dies. 26. hor. 4. mi. 10. anni illius, præcedentis inquam, pro ambabus coniunctionibus vtrolibet Ianuario messe futuris exhibeo. Martio autem ineunte, aliaq; æquationis subeunte norma, die vno adaucto, sic lunationem mensis huius, quæ anno. 1523. in diem. 16. hor. 6. mi. 28. sub quarto aurei nnmeri euenerat, ãno pdicto. 1808. ex æquatione diei vnius hor. 14. mi. 1 in. 14. ad eiusdem Martii diem, horas 14. atque mi. 27. retrocessisse videre poterunt sęculi illius viri. Demum ne mireris lector, si modo citra veterum patrum aurei numeri annotationem è regione diei vnius binos decẽnouennalis cycli numeros calendario nostro descriptos inueneris, quandoquidem astronomicæ supputationi istud, atque cœlesti simul motui congruat; Nec tñ coniunctiones amborum numerorum die eodémet artificiali (siue ab ortu, siue ab occasu inchoes, occurrent, quin priori vna, ac subsequenti die altera (artificiali scilicet) nec minus horarum. 20. ferè spatio distanter continget; quod paulominus est naturalis diei interstitio, qui quidem naturalis dies horas. 24. continet. Hoc autem, quod diximus, in annis. 19. vnius lunaris

cycli reuolutione quater tm̃ (vt in ipsa calendarii descriptione decernere licet) septimo videlicet Ianuarii, vigesimosexto octobris, nono Nouembris, atq; vigesimoquarto Decembris die fieri contingit,

Coniunctiones medias luminarium ante annos Christi D. tum postea perpetuo etiam per calendarium nouum indagare.

SI tẽpus datum ante inceptionẽ calendarii nostri. 1520. fuerit, vel postea etiã vltra annos videlicet. 1823 D. trãsactos, Tunc propositorum annorum numerum (dum precisum inuenias) subsequenti tabula descriptum excipies, nõ minus æquationis diebus, horis, & minutis ibidem dextrorsum è regione propositi annorũ numeri, excerptis, Addendis quidem si titulus extra notatus Adde fuerit, aut si nota Minue aderit, à coniunctionum diebus, horis, & minutis anni radicis. 1520. Minuendis. Adhibita nanque additione, vel diminutione hac horis, & minutis mensis cuiuslibet calẽdario nouo sub vnitate aurei numeri descriptis, hoc pacto coniunctiones omnes anni propositi, si modo præcisum inueneris, vnitate eadẽmet aurei numeri decurrente, adæquabis. Alio autem voluente aureo numero (quod vtiq; fuerit, dum propositorum annorum numerus maior, vel minor, q̃ in tabula repertorũ numerus fuerit)tunc æquatione altera opus esse non ignores. Accepta ergo æquatione minoris, ꝓximiorisq; annorum numeri, quem tu in tabula inueneris, eademque cum suo titulo ad partem seruata, hunc ipsum minorum annorum numerum ab annorum tuorum propositorũ summa deducito, cuius quidem subductionis reliquũ anno radicis. 1520. (siue antea, siue postea etiam idem propositorum annorum numerus fuerit) adiicito, atq; collectum exinde horarũ, ac minutorũ numerum in tabula cõiunctionum, atq; oppositionum mediarum exquirito, æquationem alteram cum suo titulo Adde, vel Minue è regione aurei numeri anno proposito simul inseruienti, excipiendo; Quam mox æquationem priori, vt supra, ad partem seruatæ ascribas, dies, horas, atq; minuta subtus annotando, sicq; collecta simul addantur, aut vt infra minuantur. verum si modo vnius æquationis titulus addendus, alterque mi-

nuendus extiterit, tunc minori à maiori subducta, residuum maioris æquationis ipsius, iuxta tituli eiusdem exigentiam adde, vel minue à diebus inquam, horis, ac minutis coniunctionis cuiusuis ab anno. D. 1520. ad annum. 1538. inclusiue calendario nouo per aureum numerum pro Positi, ac vertentis anni descriptæ. Ex gemina nanque æquationum prędictarum adhibitione (dum propositorum annorum numerus à præsentis tabulæ descriptione discordet, vel vnica tm̃, si modo in ipsorum annorum numero concordet) coniunctiones singulas tam ante Christum. D. quàm postea adæquabis. Snnt nanq; coniunctiones omnes calendario nostro descriptæ, numero ducentæ trigintaquinque vnius decēnouēnalis cycli curriculo, ab anno videlicet. 1520 ad. 1538 decursæ, non tam dicto temporis spatio inseruientes quàm etiam cæterarum, cum præteritarũ, tũ futurarũ pro radice, ac methodo singularum omnium exhibitæ.

Tabula annorum atq; æquationum per. 304. collectorum.

Anni Chri. D.	Dies	Horæ	Minuta	
0	4	21	24	Ad
304	3	21	55	Ad
608	2	22	27	Ad
912	1	22	58	Ad
1216	0	23	29	Ad
1520	0	0	0	
1824	0	23	29	Mi
2128	1	22	58	Mi
2432	2	22	27	Mi
2736	3	21	55	Mi
3020	4	21	24	Mi

Quæ singula prædicta, vt exēplari calculo magis, q̃ verbis innotescant, annum propono nycenæ synodi. 323. quo primum decēnouennalis cyclus inchoatus, coniunctionem tunc Ianuario mense factam examinando; á quo quidem annorum numero minorem, ac proximiorem tabula præmissa repertum. 304. videlicet subduco, decēnouem remanentibus inde, subductiq; numeri diebus. 3. hor. 21. mi. 55.

pro

pro æquatione priori, cum titulo Adde, ad partem seruatis, mox subtractionis illius numerum .19. radicis anno .1520. adiungo, collectumq; exinde numerum .1539. in altera subsequenti æquationum tabula exquiro; qui quidem annorum numerus vnitatem primo ex aureo numero anno Christi. 1539. atque proposito prius. 323. æquè inseruientem, tum horas 7. mi. 28. minuendas quidem offert. diebus ideo .19. hor. 13. mi. 50. In Ianuario è regione vnius ex aureo numero vtriq; annorū numero. 323. atq;. 1539. vt diximus, inseruienti addo; ex quibus coniunctionem mediam die. 23. Ianuarii anni ipsius. 323. post meridiem horis. 4. mi 17. transactam tunc colligo; qua quidem die Dionysius Abbas Romanus vnitatem aurei numeri (anno Christi. D 533. vertente) cæterosq; cycli ipsius numeros propriis mensiū diebus, nouilunia denotantes, per annos quosq; ex Alexandrinorum, græcorumq; calendario in nostrum tanq; stabiles, & firmos (si modo annorum totidem Romanorum vsualium quantitas consentiret) affixit. Vnde quę dudum lunatio sub vnitate aurei numeri in vigesimumtertium penè Ianuarii diem ferebatur, modo, vt oculis quoque concernere licet, in decimūnonū ipsius mensis diem prærepuit. Quo misso lunationem aliam, quæ nostri modo calendarii auspicationem præuènit, Decēbriq; mense anno. 15 19. occurrit, exquiramus; subducto ergo ab hoc minori, ac proximiori tabulæ præmissę annorum numero .1216. (cuius quidem æquatio est dierum. o. hor. 23. mi. 29. addenda) ex subtractione hac. 303. remanent, qui anno radicis. 1520. additi. 1823. annorum numernm, atq;. 19. ex decēnouēnali cyclo, exinde æquationē secundam in propria, ac sequenti coniunctionum, & oppositionū tabula, sub. 19. aurei numeri, atq;. 1283. annorū ipsorū nnmero, horas. 16. mi. 1. minuendas quidē exhibēt, quas ab horis. 23. mi. 29. prioris, atq; maioris æquationis subduco; ex qua subtractione hor. 7. mi. 28. iuxta maioris æquionis titulum addendas residuo. Demū quia. 19. aureus numerus annis. 1823. tabula æquationum, modo, vt supra, repertus, anno itidem. 1519. deseruiens, in calendario Decembri mense, quem proposueram, dies. 20. horas. 17. mi. 38. exhibet, his ideo horas. 7. mi. 28. prædictas addo; quorum congeries dies. 21. hor. 1. mi. 6. tempus videlicet coniunctionis mediæ propositæ dudum insinuat, cui modo dies. 29. hor. 12. mi. 44.

coniun

coniunctionis cuiusq; mediæ interstitium, lunationis subse quentis diem.19.hor.13.mi.50.ianuarii, pro inceptione calé darii nostri sub vnitate aurei numeri anni. 1520.(deductis modo diebus. 31. decembris ab ipsa dierū summa) pro cal culi ipsius verificatione deprahendes. Demum pro futuris modo temporibus canonis huiusce praticen denuo dille- ramus; Cuiusmodi rei gratia ad annum ducor. 2678.à quo 2432. surreptis.246.exhibeo,anno radicis.1520. addendos; quorum collectus amborum numerus 1766. in tabula æqua tionum repertus. 19. aureum numerum anni propositi,atq; æquationem horarū.17. mi. 37. minuendá insinuat. Et quia æquationem alteram è regione annorum. 2432, quæ est die rum.2,hor.22.mi.27. minuendam quoq; exhibeo,ambabus ideo collectis, dies. 3.hor. 16. mi. 4. resultant, quibus à die bus.28.hor.11.mi.45.ex opposito.19.au.nu. in Aprili ꝓ radi ce habitis,deductis,dies sic remanent.24.hor.19.mi.41.quo quidem Aprilis die. 24. videlicet anni propositi. 2678. sub. 19. aurei numeri, ac. B. Dominicali litera, pascha nostrum silenti luna, atq; die eadem horis totidem,post meridiem, quot supra, amborum luminarium congressus (ni modo paschales canones, quin etiam ipsum Romanum calenda- rium in aurei numeri annotatione reformetur) contra diui na, nedum humana decreta vtrunq;, indecenter tamen, occurret Illud demum memoria repetendum quod in præ- cedenti canone tetigimus; Quòd perdurante annorum nu- mero.304. ab anno. D. 1520. ad annum.1823. inclusiue,quo rum quidem annorum numero quilibet lunaris cyclus (ma gnus scilicet) absoluitur,sola tantūmodo opus fuerit æqua tionis vnius adhibitione, iuxta aureum numerum vertentis anni per quosq; decēnouēnales cyclos minores inqnam, in ferius describenda: priori tamen ab anno. 1520. ad 1539. exclusiuæ æqationis omnis immuni penitus transacto. His autem (vt supra diximus) sexdecim minoribus decēnouē- nalibus cyclis anno.1823.exacto, pro futuris temporibus, perinde atque præteritis, superioris tabulæ, atque æqua- tionum earum alia habenda est ratio,quam supra canonice, atque exemplariter abunde satis terminauimus.

CALENDARIVM PRO FVTVRIS MODO TEMPOribus annis quibuslibet. 304. perpetuo innouare.

TRansactis annis. 304. ab anno inchoati calendarii. 1520. atque. 1823. terminati, pro futuris modo temporibus, á coniunctionis horis quibuslibet, atque minutis calendario nostro descriptis horas vigintitres, atque minuta vigintinouem deme; & singulas habebis pro annis totidem. 304. adæquatas, ac denuo pro tantundem temporis spatio calendarium nouum reformatum, cuius prioribus vnius decemnouennalis cycli annis, videlicet ab anno. 1824 inclusiue vsque ad annum. 1842. quemadmodum supra ab anno. 1520. ad annum vsque. 1538. æquatio uulla debebitur. Exinde æquatio prima horarum. 7. mi. 28. anni: 1539. cui vnitas ex aureo numero propria coniunctionum mediarum tabula ascribitur, anno. 1843. haud dissimili aureo numero concurrenti accómodabitur, Et sic de aliis subsequentibus annis de vno in vnum, & de cyclo in cyclum procedendo efficies, donec ad singularum æquationum omnium calcem (nusquam ab aurei numeri serie deuiando) perducaris, qui erit. 2127. Christi. D. annus, cui æquatio vltima anni. 1823. quæ est dierum. 0. hor. 16. mi. 1. minuenda, atque. 19. ex aureo numero non minus quàm anno huic 1823. deputabitur. Annis his. 304. iterum elapsis, horas denuo totidem quot supra vigintitres, atque minuta vigintinouem ab innouato dudum calendario, demas, atque ita ad annos totidem alios, vt supra. 304. calendarium aliud innouatum habebis. Cuiusmodi prioris cycli coniunctionibus annorum decemnouem, nulla (vt de priori diximus) additionis, vel diminutionis forma opus fuerit. In reliquis vero cyclorum quídecim coniunctionibus propria quorumlibet æquatio in horis, & minutis, atque diebus etiam (vbi opus fuerit) pro alio, atque alio etiam calendario nouo instaurando occómodetur. Cuiusquidem mensis cuiuslibet diebus dominicales literæ iuxta solaris cycli numerum congrue collocétur.

CALENDARIVM PRO QVIBVSLIBET DECEMNOVENnalibus cyclis adęquatum constituere.

SI QVANDO id exequi libeat, á coniunctionibus singulis

lis prioris decemnouenalis cycli, vt pote, ab anno. 1520. ad 1538. calendario nouo descriptis, horas, & minuta æquationnm omnium, & singularum ab ano. 1539. ad 1557. cum primum horas. 7. mi. 28. propria, ac subsequenti iam dicta coniunctionū, atq; æquationū tabula ꝓ Ianuario ac Februario mensibus acceptas, minue; tum hor. 16. mi. 32. à cal. Martii subsequenter inchoantibus, nec minus quaternis quibusq; subsequētibus, adiicias, atque iterum vbi opus fuerit horas ipsas. 7. atq; mi. 28. subduces. Sic nanque coniunctiones omnes cycli illius, & propterea calendarium nouum pro annis. 19. ab anno. 1539. ad. 1557. innouatum habebis. quod si subsequentis modo cycli horas. 14. mi. 56 Ianuario, ac Februario anni 1558. sub vnitate aurei numeri tabula eadēmet ascripta, subduxeris, atq, à Martio exinde auspicādo, hor. 9. mi. 4. iuxta tituli exigentiam horis, & minutis coniunctionū mediarum, vt dictū est, pro radice cyclorum omniū, & singulorum exhibitis addideris, coniunctiones omnes sequentis ad huc cycli ad annum scilicet. 1576. cōpletum, nec non calēdariū aliud pro annis itidem. 19. exhibueris. quod de tertio non minus, atq; aliis subsequentibus cyclis vsq; ad annum 1824. dictū puta. Exēplum antē à priori pro subsequētibus edisce. A coniunctionibus mediis Ianuarii ac Februarii anni 1520. vbi vnitas calendario. 18. huius, atq; 19. illius die ascribit, tū primū horas. 7. mi. 28. æquationis propriæ anni. 1539. inchoātis, ab horis videlicet. 11. mi. 50. Ianuarii, atq; ab hor. 2. mi. 34. Februarii è regione prædictorū dierū. 19 Ianuarii, atq; 18. Februarii, sub vnitate aurei numeri descriptis demo; atq; ita pro coniunctione Ianuarii anni. 1539. dies. 19. hor. 6. mi. 22. Februarii vero dies. 17. hor. 19. m. 6. exhibeo. Verū pro Martio, ac reliquis anni mensibus 1539. atq; Ianuario, ac Februario anni Romani. 1540. penés æquationū normā, hor. 16. mi. 32. addo. ex qua quidem additione coniunctionis diebus 18. Martii, atq; hor. 15. mi. 18. è regione vnitatis aurei numeri calendario descriptis adhibita, dies prosiliunt. 19. hor. 7. mi. 50. quod non minus in subsequentibus cycli eiusdē annis, efficies, horas. 7. mi. 28. à Martio deinceps annis quibusq; ternis minuendo, atq; horas 16. mi. 32. quarto quoq; completo ante bissextū addendo, veluti titulus quilibet annorū ipsorū addendum, uel minuendum admonet, vt sic coniunctiones oēs pro reformato calendario ab anno. 1539. ad. 1557

exhibeas. Sin autem prætermiſſo cyclo iſto, aliud libuerit calendarium pro ſequentibus annis totidem. 19. vt ab anno 1558. ad. 1576. atque coniunctiones omnes cycli illius, eadē met lege innouare, ſic à coniunctionis horis. 13, mi. 50 poſt 19. Ianuarii in meridie completum, ſiue etiam hor. 2. mi. 34. poſt. 18 Februarii diem, ſub vnitate aurei numeri calendario deſcriptis, æquationis horas. 14. mi. 56. vtrinq; ſubducito, diesq; exinde. 18. hor. 22. mi. 54. pro coniuctione media Ianuarii, atq; dies. 17. hor. 11. mi. 38. pro Februario anni 1558. exhibebis. Quēadmodum & à Martio anni ipſius 1558. ad. 1576. per annos binos ex additione hor. 9. mi. 4. atq; alias ex ſubtractione hor. 14. mi. 56. prædictarum, in annis itidem quibuslibet duobus repetenda, ad cycli, atque anni exitum. 1576. coniunctiones omnes adæquatas habueris.

CONIVNCTIONES item medias luminarium per epactam ab anno D. 1500. ad ſubſequentes perpetuo indagare.

CVM MEDIA Luminarium coniuct. anno fuerit. 1500. minutis. 15. ferè ante meridiem calendarum Ianuarii, hoc eſt poſt vltimum decembris diem. 1499. aſtronomico more, iuxta meridiem Vrbis Romæ, horis. 23. mi. 45. tranſactum. Si ergo horis. 23. mi. 45. quæ meridiem primi Ianuarii diei coniunctionis illius tempore præceſſerunt, à lunatione, integra dierum. 29. horarum. 12 mi. 44. ſubduxeris, ſic dies 28. hor. 12. mi 59. pro epacta anni. 1499. in meridie vltimi Decembris diei, aſtronomice completi, reſiduabis. Quibus ſi epactam biſſextilis anni vnius addideris, videlicet dies. 11. hor. 15. mi. 11. (deducto lunari āno dierum. 354. horarum. 8 mi. 49. ex diebus. 365. anni ipſius 1500.) atque ex aggregato lunatione integra ſurrepta; ſic dies. 10. hor. 15. mi. 26. epactę anni ipſius. 1500. in meridie vltimi decembris diei aſtronomico more completi, pro radice ſubſequentium exhibebis. Quæ quidem epacta toti ſubſequenti anno. 1501. vt una queq; deinceps regulariter īſeruit. sūt et. n. epactæ quælibet (penès cōputiſtarum omnium vsū) præcedētis ſolaris anni ſup lunarē excremētū, ſubſequēti tñ īſeruiētes āno. Quod ſi epactā modo annorū, 20. videlicet dies. 19. hor. 22. mi.

rum obſeruationē deſinente , dum Martius ſequentis anni initium præberet. Sic nanque authores præfati, Macrobius præſertim, vtriuſque anni terminum, priſcorum ſcilicet Romanorum ac Cæſaris decernunt, dum Ianuarium, ac Februarium iuxta Numæ feriem, anni initio addictos, atque Februarium ſeruata priſcorum obſeruatione, tanquàm anni vltimum intercalationi omni per Ceſarē deſtinato tradunt, ſecus enim December intercalaris diei locum obtinuiſſet, dū mēſi vltimo ex grçcorum ac latinorū priſcorum obſeruatione, dierum intercalatio eadem indita fuiſſet. Sic ergo anno triceſimoſexto deſinēte, biſſextilis diei obſeruatio, duodecima ſcilicet, cui tamen nouena tantum ex ordine competerat, in triceſimumſeptimum Iulianum coincidit annum, triceſimoſexto tamen ex priſca intercalādi obſeruatione Februario menſe ilicet terminante anno . Quorum vtrunque adhuc etiam obſeruari concernimus, dum in Decembri Romani anni calcem, in Februario vero biſſextili diei vltimum ex priſcorum aſſuetudine locum in anno ſtatuimus. Propterea minime conſentaneum cum Lucido videtur, duo in annis Cæſaris connumerare primordia, vnum videlicet emendationis, cui. B. alterum promulgationis, cui A . literam tribuit, quorum prior (ex quo non potuerit vniuerſo orbi minus anni vnius ſpatio hoc ipſum innoteſcere) in ipſo minime annorum numero computaretur. Cùm id parum quidē vel nihilum referret, an ſecundo tantum, vel tertio etiam Cçſaris anno poſt emendationē ipſam, exteri omnes hac de re admoniti fuiſſent, dumodo cum Romanis eademmet intercalationis, atque enumerationis feriem cuſtodiſſent . Idcirco āno nos ipſi. priori ſcilicet(cui modo .B. literam tanquàm communi primum à Cæſare inſtituto, Ioannes idem Lucidus tabula annali temporum, atque etiam inferius Hypotheſi ſexta vtrolibet aſſignauit) dictis modo de cauſis annorum Cæſaris primordium deputamus. Sic nanque ab anno hoc priori computantes, anno quarto Cæſaris gemine . F.E. literæ, ex intercalatione prima p ſacerdotes temere admiſſa ; quinto vero· E.D. ob biſextum, ſupoſita vera intercalādi ſerie ſubſequēti columnula ſub ordinaria dn̄icali litera deputatur, Secus anno hoc prætermiſſo, ſubſequentique, quem promulgationis ille appellat, pro primo enumerationis annorum Cæſaris aſſumpto (quemadmodum tabulæ

bulæ festorum mobilium, atque alias etiam Lucidus idem accipisse videtur, dum huic. A. literam sub vigesimo secundo solaris cycli assignat, vt sic in trigesimum sextum vltima caderet annorum bissextilium extraordinaria Romanorum Sacerdotum intercalatio) tertio tunc primum Cæsaris anno, extra ordinem videlicet (quod idem Paulo Episcopo Foro. obiecerat) quartoque ordinaria bissextilis diei annotatio, indecenter tamen vtrolibet adaptatur; cùm quinta huic sedes, atque illi quarta penès ipsum, vt alibi, & rectius quoq; deputetur; Quod ex hoc ipso etiam luce clarius apparebit. Cùm dies nanque omnes, qui confusionem aliquam in anno parere possent, ante nouam Cæsaris institutionem consumpti fuerint, vt nec vnus quidem diei quadrans, penès Solinū, in sequentibus intercalandus extaret, ad hoc vt bissextilis excresceret dies vnus in anno, quatuor exinde oportuit trāsigisse annos cōmunes, videlicet dierum. 365. vt sic ex horis sex, quas annua solis reuersio ad eundem zodiaci punctum vltra dies integros in anno quolibet expostulat, pro adæquatione solarium totidem annorum quatuor, dies integer, naturalis scilicet, restitueretur, quartoque sic desinente anno, quando à Martio antiquitus exordiebatur, seruata veterum religione, Februario mense ordinarie insereretur, quinto licet per Cæsarem à Ianuario dudum inchoante anno. Quod Macrobii ac Solini verbis asseritur, qui quarto quoque desinente anno, antequàm quintus, à Martio scilicet auspicaretur, à Cæsare intercalari mādatum tradunt. Quinto ergo inchoante penè, non quarto (veluti sacerdotes primum perperam obseruarunt) prima bissextilis diei institutio cum geminarum literarum nota. E. D. iure ipso cōpeterat, priori quidem cōmuni, non bissextili (veluti noui eiusdem institutionis ratio postularat) cum subsequentibus tribus rationabiliter quoque transactis. Neque ob id tamen anni quatuor cōmunes præmissam regularem intercalationem hāc præcedentes, ni mensibus tantum duobus ferè Ianuario, ac Februario videlicet, superexcrescentes extiterant, quod secus quidem haud fieri poterat, nisi in Decēbri, haud rite tamen, quarto tunc desinente anno intercalatum esset, primusue modo dictus Cæsaris annus, nullis adhuc præuiis quadrantibus, bissextilis, irrationabiliter tamē ipsomet adhuc viuente Cæsare institueretur. Quòd autē anni

mi solares quadragintaquinque, nec plures, nec pauciores à Cæsaris emendatione ad primū exclusiue vsualem Christi .D. annum computando enumerentur (vltra quod de annorum ipsorum numero ex chronographorum scriptis certiores effici valeamus) ex ipso etiam lunari cyclo facile admodum perspici potest. Cùm nanque media quęuis luminariū coniunctio nusquam die mensis aliquo in anno concurrat, quin à lunatione alia eiusdem lunaris cycli die vno ferè saltem dissentiat (dum per horas, ac minuta iuxta reformatum modò aureum numerum, siue magis per Astronomicā supputationem obseruetur) ni reuoluto tantū annorū decē nouem curriculo, quo eodēmet voluente aureo numero ad eundem mensis diē, & hora ferè, quo prior, redeat; Cùmq; in annis totidē. 19. ante Cæsarē vel postea, lunatio nulla, primo ac vltimo Ianuarii die, nisi prædicto Cæsaris anno occurrat, quo amborū luminariū coitus, propterea luna prima calendis, atque vltimo Ianuarii die simul astronomico, siue quouis alio lunari cyclo concurrere reperiatur (quod ex vnitate aurei numeri calēdario Cæsaris ipsius penès Paulū Foro. Ioānē Stoēfflerū, ac Lucidū etiam concernere licet, quodque etiam Guglielmus Duranthes libro rationaliū officiorū cum Macrobio non minus sensisse videtur) Non poterit ergo alius esse primus à Cæsare institutus emendationis annus, ni antedictus modo, cui luna die mensis primo, atque vltimo noua decernitur, vel alius saltem, qui annis ab hoc decemnouē, siue antea, siue postea distet. Sed cum istud omnino chronographorum omniū scriptis tam ethnicorum quàm catholicorum dissentire videatur, quorum nullus in annis totidem Cęsaris decemnouem dissentit, Et propterea omniū simul prædictorū tradita pessudare, dissonum penitus & irrationabile arbitretur; reliquū ergo est, vt quod hic de luna prima dudū proposueramus, prędictę modo annorū summæ consentientes, mathematicè quoque absoluamus. Alexandrinorū igitur siue Dionysii decēnouennalis cyclus Romano calendario ascriptus, vbi debito dierū numero collocetur propositum nostrū vsitatiori quidem modo imprimis absoluet. Si nanque die vno quibuslibet annis. 304. à tēpore constitutionis eiusdē postea transactis, quod fuit anno Domini. 323, vt à secundo, exempli causa, ad priorē eiusdem mensis diem in calendario præferatur, subsequentibus

modo

modo luminarium congresſibus, iuxta medios, & æquales ipſorum motus, ad proprium menſis diem per annos ſingulos. 19. prætermisſis tamen horis, & minutis, adæquabitur; Sic è contra ſi modo ab annotationis ipſius die annis quibuslibet. 304. antea decurſis, à proprio quouis calendarii loco, vt à primo ad ſecundũ menſis diem transferatur, coniunctionis quoque diem aureus idem numerus menſe quolibet, non ſecus atque inſtitutionis ipſius tẽpore commonſtrabit; cum lunatio quælibet alteram ſubſequentis cycli quibuslibet annis. 19. hora vna cum dimidia ferè, & ſic in annis. 304. per diem æque ferè præueniat; Quæ in præcedentibus tantundem priorem locum die vno poſtergat. Si ergo ab anno primo Chriſti. D. ad quadrageſimumquintũ antea decurſum, primũ videlicet emendationis Cæſaris annũ ſingulariter retroceſſeris, quatuordecim ex aureo eccleſiæ numero anno huic concurrentẽ, atq; ita tredecim præcedenti inſeruientẽ reperies. Qui tredecimus aureus numerꝰ pridie cal. Iañ. Romano Calendario aſcriptus, ſi ꝑ diẽ antea à ꝓprio eiuſdẽ loco transferatur, ob annos. 304. vel paulo plus, ab ipſius inſtitutionis die ad retroacta dudũ Cæſaris tempora tranſactos, in primũ Ianuarii diẽ deueniet; Qui modo in quartũdecimũ altero ineunte anno cõmutãdus, nõ minus lunã primã cal. Iañ. ãni quadrageſimiquinti ante Chriſtũ. D. deſſignabit, quàm vnitas Iuliani cycli calẽdario ipſius ibidẽ aſcripta, atq; vndecim latinorũ priſcorũ ex hebræorũ cyclo decerptꝰ, calẽdisq; eiſdẽ itidẽ deſcriptus indicabit, diuerſa licet numerorũ triũ enumeratio, ob diuerſa cyclorũ initia reperiatur. Quę ſingula penès Paulũ. For. ac Ioan. Stœffler. ꝓpriis quorũlibet numerorũ ſupputationibus demonſtrãt, vbi. 1. Iuliano, atq;. 11. priſcorũ latinorũ Calendario primo Ianuarii die aſſignant. Verũ hoc & nos Aſtronomica potius cõputatione, q̃ crasſiori minerua experiamur; Cùm maxime quilibet lunaris cyclus, ꝓ die & anno quouis adæquatus, horarũ, ac minu. adhuc indigeat coæquatione; Quod a iã s ꝓprio coniunctionũ mediarũ canone diſſeruimus. Sumãtur ergo anni Romani. 45. natiuitatẽ Chriſti. D. præcedẽtes, diebus. 12 ꝑ Romanos ſacerdotes in annis. 36 interceptis, mox in annis quadragintaocto ex Octauii annua reſtitutione diſtributis. Dehinc annos. 1499. á Chriſto. D. ad calendas Ianuarias anni. 1500. inchoati dudum capiamus, quo primo Ianuarii die

nouilunium

nouilunium circa meridiem æque ferè contigit. Hi simul ergo collecti, annos perfectos efficiunt. 1544. qui dierum numerum continent, 563945. quod primum ex auctione patet annorum totidem. 1544. per. 365. productorum, exqua dies fiunt. 563560. quibus intercalares. 385. addendi sunt ob annos totidem. 385. bissextiles interim decursos. Secus licet 386. exhibita quaternaria diuisione annorũ ipsorum. 1544. effluxisse videantur. Cuius modi veritas diligenti examine perspecta rectius quidem apparebit, si modo assumptis intercalaribus vndecim in annis. 44. Cæsaris, qui Februario sequentis anni quadragesimiquinti (quo Christus. D. conceptus & natus est) bissextiliter terminarunt, atque. 374. in annis. 1499. à Christo. D. exactis, sic ad summam bissextiliũ dierum trecẽtumoctuagintaquinque, atque annorum. 1543. completorum ascendunt. Veruntemen annis tribus, ac mensibus decem ex præmisso annorum numero superextãtibus, Hi Februario mense anni. 1500. 386. bissextilium dierum numerum, atque annorum. 1544. à Cæsare compleat. Quod si modo in annis. 1544. (exacto tantum. 1499. à Christo. D.) ante ipsum Februarii mensem anni ineuntis. 1500. intercalares dies. 386. efficiantur, Dehinc Martio mense proxime subsequenti (exquo præcedenti completo dudum. 1499. atque 1500. inchoante bissextiles. 386. enumraueras) tunc ob bissextilem diem alium Feb. mense anno ipsi. 1500. insertum, intercalares. 387. in annis. 1545. nondum plenè decursis, perperam tamen, computabis, qui, nisi. 1548. perfectis, nec his paucioribus modo vllo competunt. Sic ideo in annis. 1544. a Cæsare ad annum Domini. 1500. exclusiue acceptum, bissextiles haud plures quàm. 385. atque. 386. nisi trãsacto Februario subsequente. 1500. rationabiliter quidem computari poterunt. Quod regulariter tamen, ac iuxta iussionem Cæsaris dictum intellige; secus autem quarto Christi. D. anno intercalari, præter rationem omnem ex vsu tabularum admisso. Quem quidem intercalarem diem Paulus Episcopus Foro. Eræ Christi, & Cæsaris in supputatione solaris motus, ante Christum. D. addendum existimauit, quasi Alphonsi tabulas die illo mancas putarit. At nos cum Lucido quartũ Christi. D. annum communem probabiliter, vt infra transactum sentientes, nequaquam diem vllum ibidem superaddendum arbitramur. Quod vero anno hoc quarto (ammota

Rom.

Romanorum Sacerdotum incuria octauo, duodecimo, sextodecimo, reliquis Christi D. labentibus, à Cæsare vero quinto, nono, & sic tertio decimo inchoante anno, propria competat intercalaris diei obseruatio, quod non minus in præcedentibus quoque illius annis, ante Christum.D. contingere videtur, hic modo, quæ in promptu est, reddenda est ratio; Si nanque vsualis annorũ Christi D. series, primusq; eiusdem natiuitatis annus cum quadragesimoquinto Cæsaris contigisset anno, sic quintus, nonusque. Christi. D. quadragesimonono, atque quinquagesimo tertio Cæsaris bissextilibus quoque conuenissent annis. Nec minus quadragesimusprimus, ac trigesimus septimus Cæsaris quarto quoque, atque octauo ante Christum in ispamet intercalandi serie concurrissent. Quòd cum ita euenerit, vt prior ante Christum.D. bissextilis Cæsaris annus, primusque à natiuitate post bissextum, completo penè quadragesimo quinto Cæsaris, vterque currens & labens cœptus sit computari annus, necessum idcirco fuit, vt illis quinta verè sedes ante ipsum Christum.D. (somnient alii quæ velint contra Foro. Episcopum Paulum) quartaque post Christum. D. iuxta veram intercalandi seriem regulariter quidem inseruiat. Quòd si primo, vel secundum post bissextum annorum Cæsaris, natiuitas eadem Christi. D. antea contigisset (cum Cæsar idem, non Christi ortus eundem intercalandi ordinem indixerit) tunc. 42. siue. 43. Cæsaris, atque exinde. 1. vel. 2. Christi. non quarto, ac. 8. & sic de reliquis, quarto quoque tamen perfecto, ex ordine debuisset. His omissis ad reliquum, quod proposuimus, accedamus. Diximus annos. 1544. à cæsare ad annum Domini exactum. 1499. dies æque continere. 563945. (omisso inquam intercalari die vno superflue quarto Christi. D. anno superaddito) cui modo dierum numero si horas sexdecim, minuta trigintaocto, secunda quadraginta horarum, vel paulo plus, pro nihilo omissum addideris, hoc dicimus temporis curriculo reuolutiones omnes mediorum luminarium cõgressuum. 19097. quæ toto hoc annorum numero concurrunt, plenarie quidem absolui. Quòd si quis Astronomicæ supputationis immunis, Arithmeticæ tamen haud penitus ignarus per singula lunationum tempora experiri potius, quàm rei huic fidem addibere maluerit, hoc pacto periculum faciat. Cùm namque tam penes nos astro-

rum

tum exquisitores, quàm Arabes, & Hebræos præcipuos rei huiusce obseruatores lunatio quælibet dies exhibeat. 29. horas duodecim, minuta quadragintaquatuor, atque secunda tria, omissis modo minutiis reliquis, nusquã ad horam integram in annis sexquimille ascendentibus. Sic facta ergo singulorum prædictorum dierum. 563945. in horas primum, tum in minuta, secunda, & tertia horarum per. 60. resulutione; Adhibita dehinc Arithmetica omnium ratione, atque ex primo, ac diuidente numero dierũ. 29. hor. 12. mi. 44. ac secũdorum trium vsque ad tertia prædictorum partitione, siquando in reliquo diuisionis nihil penitus, vel quid indiuisibile fermè remanserit, propositum tunc hoc pacto absolutum concernes. Quod tu pro lucidiori examine (quando id cupias astronomicè perscrutari) vbi eram ex prædicta annorum, ac dierum summa, adhibita sexaginaria partitione, in quarta duo, tertia trigintasex, secunda trigintanouem, ac prima quinque, minuta quoque vnum, & quadraginta, secunda trigintasex, tertia quadraginta, quartaque dierũ quadraginta ex horis sexdecim, & minutiis præmissis ex more deduxeris, expeditiori supputationis calculo efficies, dũ singula modo dicta per propriam elongationis tabulam solis, & lunæ, siue mediorum luminarium congressuũ, iuxta tabularum astronomicarũ vsum euacuaueris, habitosq; exinde numeros per gradus, & fractiones suas in vnum seriatim adduxeris; Sic nulla nanque, vel minutum solum, posthabitis fractionibus aliis momenti nullius ferè, excollectione ipsa deduces. Vnde silentem tunc lunam ex annis totidem quot supra, & horarũ minutiis inuenies. Ex eo igitur quòd nouilunium die, & anno quo supra cal. Ianuarii anno Domini. 1500. labente dudum propolueramus; Quod quidem minutis quindecim ante Vrbis Romæ meridiem, & sic horis 23. minutis. 45. post meridiem vltimę Decembris diei, quæ mensem, & annum. 1499. terminarat, iuxta medium amborum luminarium cursum, penès Pauli Episcopi Foro. supputationem, & nostram æque contigerat; Quod vulgaribus etiam ex lunæ veteris, ac nouæ subsequentis diei apparitione, nedum nostri temporis mathematicis visibiliter quoque innotuit. Propterea si modo annos. 1544. Christi. D. ac Cæsaris collectos cum horis sexdecim, ac minutis triginta nouem ab ipso Ianuarii, transactique nouilunii die & hora anni

ni. 1500. subduxeris, sic horis septem, ac minutis sex post meridiem vltimi Decembris diei, superueniente modo sabbati die, calendisq; Ianuarii, ac tertia ferè ab occasu emergēte hora nouilunium, à Cęsare in ipso anni, & calendarii exordio obseruatum perpendes. Neque enim præcedentem tunc veneris diem pro primo & mensis, & anni ipsius exordio ab eodem Cæsare instituto censemus iuxta Pauli For. Episcopi sententiam. Qui ob intercalarem diem superflue annis Christi. D. insertis (vt infra innotescet) calendas Ianuarias anni illius per diem antea feriæ sextæ assignando deputauit. Cui quidem ferię sextę luna vetus, trigesima videlicet debebatur, media tunc luminarium coniunctione, vt prædiximus, ipsomet die veneris post solis occubitum, veraq; post mediam noctem horis duabus ferè, ineunte iam sabbati die (eodemmet quoque Paulo haud secus asserente) contingenti. Cùm prima tamen lunationis ipsius dies, & anni eiusdem initium, ipsi sabbati diei rationabilius quidem assignetur. Quis enim diei illi, cuius mane luna vetus conspici potuit, cuiusque hora tertia subsequentis noctis, ac desinente iam vltima diei ipsius parte, luminariū congressus occurrit, (diem etiam à media nocte ad subsequentem mediam assumendo) nec subsequenti potius, primum lunationis diem assignet, cuius inquam, præcedenti nocte media, veraque simul luminarium synodus parum ante diei ipsius crepusculum contigit? Cùm maxime lunarium dierum computus, si non ab ipso coitu ad eādémet subsequentis diei horam accipiatur, non aliunde tamen quàm ab ipso solis occubitu, qui lunarem coitum proxime subsequitur, assumi debere videatur. Hoc hebræa lex à Mose citra, id quoque Alexandrini ægiptii, demum latini patres, vt Beda & alii. à superioribus edocti tradiderunt. Quòd si à meridie in meridiem Astronomi diem æqualitati congruum obseruant, aliam dicimus esse rationem in supputandis planetarum motibus, aliam vero in naturalium, atque etiam artificialium dierum, ac noctium, atque exinde in planetarum dominii distributione modū exhiberi, cum hic ab ortu, & occasu, at in coniunctionibus non aliunde certius, quàm ab ipsius coitionis hora lunationis cuiusuis sumatur exordium. Quare Cæsarem annum ciuilem habitis lunæ ad solem dimensionibus, teste Macrobio, non antea anni exordium auspicatum cum

G Lucido

Lucido ſentimus,quám lunam cum ſole aſtronomico calcu lo coeuntem proſpexerit. Quod annis quadragintaquinq; perfectis ante Chriſtum.D.atque præcedenti nocte ſabbati diem,vt prædiximus, contigiſſe (Paulo quoque epiſcopo Foro.aliqualiter aſſentiente) ꝓpoſuimus, quando.ſ.ineunte iam ſabbati die, non veneris, vt ille (à quo in hoc tantum diſſentimus) luna prima, atque vnitas ex lunari Cæſaris cy clo,cal.quoq; Ianuarii,ex præmiſſis occurriſſe depræhẽditur.

HYPOTHESIS SECVNDA.

QVARTVM christi· D. annum quadrageſimonono cæ ſaris ab inchoato calendario concurrentem, communem, non biſſextilem ex Ioannis Lucidi ſententia, ac pro babili ratione tranſactum aſſerimus. Anno nanque ceſaris trigeſimoſexto Februario mẽſe anni trigeſimiſeptimi iuxta veram intercalandi ſeriem deſinente, cum defuncto eodem (præter tamen cæſaris ipſius iuſſionem) duodecies interca latum fuiſſet, quod nouies tantum in annis eiſdem.36. ſuffe ciſſet,Auguſtus ſero perpetrati erroris admonitus, annos duodecim abſque aliquo intercalari die tranſigi iuſſit, vt tres illi dies,qui modo in annis .36. vitio ſacerdotalis feſti-nationis excreuerant,ſequentibus duodecim, nullo inter-calato die deuorarentur. Annis ergo his duodecim tranſa-ctis, qui annorum numerum perfectorum quadragintaocto, anno chriſti .D. quarto, atque emendationis cæſaris qua-drageſimonono, vt dictum eſt, priſcorũ more termina-runt,cui quidem duodecima intercalatio, non interuenien te ſacerdotum exſorbitatione, conuenerat, quadrantibus annorum quadraginta octo eòtunc tranſactorum(qui dies in tegros duodecim naturales efficiunt) in annis trigintaſex, extra ordinem licet conſumptis; ad hoc .ſ. vt dies alius biſſe xtilis conficeretur, annos exinde quatuor poſt premiſſos 48.communes quidem, qui ſic annorum numerum perfe-ctorum.52.complerent, tranſigi oportuit; pro quorum qui dem ad annuam ſolis reuerſionem adæquatione, octauus chriſti.D.annus,qui quinquageſimustertius fuerat à cæſa re,biſextilis primus ex ordine poſt præmiſſam annorum.48. reſarctionem obſeruaretur, quarto ita chriſti. D.anno,

cum

cum ſubſequentibus tribus ad octauum excluſiue communibus effluxis; De quo quidem octauo Chriſti Domini anno num biſſextilis fuerit, nuſquam apud authores aliquos quęſtio adhuc vlla, vt nec de reliquis deinceps perorta eſt. Octauo igitur Chriſti Domini anno tertiadecima à cæſare intercalatio rite quidem aſſignatur (quemadmodum à prima cæſaris inſtitutione ad eamdemmet per ordinarias biſſexti literas in exemplari tabula inferius deſcribenda, ſingulariter procedendo perſpicuum intuenti apparebit) quarto Chriſti Domini anno, ſiue quadrageſimo Cæſaris, quidem eſt, probabiliter, atque vrgenti ratione communi, non biſſeſtili, vt prædiximus, pertranſito. Quod nos cum Lucido ex prædictis ab Auguſto obſeruatum haud dubio ſentimus; quamuis Paulo Epiſcopo Foro. atque illo prioribus ſecus modo viſum appareat. Cum tamen nulla ſit pro illis ratio, quæ tantam arguat Octauii inſcitiam, vt emendato errore vno ſacerdotalis intercalationis, in alium, tanquam eadem aberrans chorda, incaute nimis inciderit, vt ſcilicet conſumptis omnibus dierum quadrantibus in annis pręmiſsis .48. biſſextilem diem, nullis præuiis communibus annis efficeret. Quod quidem niſi quatuor poſt quadragintaocto cæſaris, quartumque Chriſti Domini annum, communibus modo tranſactis, ex quibus biſſextilis alius conficeretur; nec prius quidem iure ipſo haud quaquam fieri licuit. Propterea Macrobius poſt factam annorũ duodecim cõmemorationem exinde ſubſequitur; Poſt hos vnum diem ſecundum ordinationẽ Cæſaris quinto quoque incipiente anno intercalari iuſſit, atque omnem hunc ordinem æreæ tabulæ ad æternam cuſtodiã inciſioni mandauit, Ex quibus Macrobii, nec diſſimilibus Solini dictis perſpicuum ſatis extat non antea Auguſti iuſſione intercalatum fuiſſe, quàm quarto confecto, quintoque poſt præmiſſam Octauii emendationem inchoante anno. Quod quidem octauo fuit Chriſti Domini, atque quinquageſimotertio Cæſaris auſpicante anno, cui tertiadecima, non quartadecima biſextilium dierum intercalatio propria, vt infra, annorum ipſorum tabula aſſignatur. At vero Dionyſius Abbas Romanus, alioqui præcipuus annorum Chriſti.D.ſupputator, quadrageſimumnonum cæſaris, quartũq; hunc ipſum Chriſti.D.annũ biſſextilẽ ſupponens, cunctis ferè poſteris

 Paulo

Paulo quoque Episcopo Foro. nedum nobis errandi ansam præbuit. Verum Paulus idem, dum Octauium in quadragesiminoni anni ipsius intercalatione, tanquã mandatorũ patrui immemorem, dormiens ipse annotat; suum, ac Dionysii simul errorem aperit, eundem quartum Christi.D. annum intercalarem efficiens, atque chronographos, omnes nedum Dionysium in ipsa annorum Christi.D. supputatione annis duobus, perperam tamen, hallucinantes astruens. At nos cum Lucido, Dionysio, ac Paulo prædicto, non Octauio, Romanisuè sacerdotibus errorẽ hunc ipsum ascribendum omnino censemus, Cùm hi quadragesimumnonũ Cæsaris, qui quartus fuit Christi.D. annus (vt ex Macrobii, ac Solini dictis elicitur) communem, non bissextilem esluxisse mandauerint, Atque illi, Dionysius videlicet, & Paulus prędicti, intercalarem diem vnũ superflue anno ipsi interserentes, hunc ipsum quartum Christi.D. annum bissextilem, irrationabiliter tamen effinxerint. Quòd autem Alphonsi tabulæ quartum Christi.D. annum bissextilem æque supponant (quemadmodum & nos alibi pro congruentia futurorum modo temporum in rotula nostra literarum dominicalium oportunè, ac necesariò quoque obseruauimus) nulla propterea in planetarum motibus pro futuris exinde temporibus erroris ansa ex hoc ipso præbetur, in annis licet quatuor post Christum.D. natum, atque antea in annis Cęsaris quadragintaquinque diuersitas diei vnius appareat. Ex quo illic, quarto scilicet Christi.D. anno, addẽdum omnino iudicatur, vt scilicet intercalares duodecim in annis Cæsaris quadragintaocto pro tabularum vsu deputentur. Quòd cũ Paulus Foro. Episcopus intercalares tresdecim ad annum ipsum quartum Christi.D. (computatis duodecim in annis.36 per Rom. sacerdotes temere admissis) propterea illic diem vnum astronomicis quoque tabulis superaddendum existimauit, cum tamen duodecima intercalatio quarto, atque tertiadecima octauo Christi.D anno penès veram, ac regularem rationẽ competat. Diuersitatem istam diei vnius sensisse videtur Ioannes Stoeflerus propositione. 34. sub. ii. literis Calendarii ipsius, dum inquit; compluribus numeris incassum exaratis, tandem congressum luminarium cal. Ianuarii factum reperi &c. Quod si idem modo cum Lucido (qui nondùm tamen in lucem venerat) quartum

tum Christi.D.annum communem, nec bissextilem transla ctum cognouisset, diem anno illi superflne additum detraxisset, ipsumque luminarium congressum tempore institutionis Cęsaris calendarii, post primum minime Ianuarii meridiem cum Paulo Episcopo Foro. quin horis totidem, quot supra, post vltimum Decembris meridiem collocasset; vt sic primus Ianuarii dies, & lunæ nouæ, & anni simul, ac mensis initio in ipsa annua Cæsaris institutione præfuisset

.HYPOTHESIS TERTIA.

QVAMVIS Romani olim ciues nulla solaris cycli reuolutione, aut literarum dominicalium descriptione ante susceptum Christi.D. fidei donum couterentur, ex Iulii Cæsaris institutione, ac priscorum latinorum vsu, mensium dies quoslibet in nonas, idus, & calendas distribuentes modo; Quos Ptolemæus postea planetarum septem dominio iuxta caldæorum, atque ægiptiorum doctrinam (horum licet aliquibus antea in planetarum collocatione dissentientibus) accommodauit; Atque exinde orthodoxorum ecclesia iuxta hebræorum numerum per dies septem in ipso feriarum numero non minus æque distinxit. Nos tamen cū Paulo, ac Lucido prædictis, atque ecclesiæ vsu pro cuiuslibet diei, mensisque feria exquirenda, annis quibuslibet tam ante Chritum. D. quàm postea. ipsam dominicalium literarum seriem iuxta solaris cycli reuolutionem, propria inferius annorum tabula notauimus, in qua .B. literam tam primo Cæsaris, quàm priori Christi.D. anno, qui primum scilicet vsuallium præcessit, quoque ipsum Christum .D. Martio conceptum, ac Decembri mense natum asserimus, vtrique rationabiliter quoq; assignauimus. Esto nanque quadragesimus nonus Cæsaris, siue quartus Christi D. annus, qui idem est, cōmunis, non bisextilis, quemadmodum vera intercarlandi series expostulat, atque ex superioribus probabiliter satis innotuit, siue primū Romani sacerdotes ab anno institutionis Calendarii cæsaris quarto, vt Lucido placuit, inchoantes, de quadriennio in quadriennium inclusiue, pręter tamen cæsaris iussionem, accepto perseuerantes, siue etiam ab anno tertio in trigesimumsextum (quemadmodum Paulo Episcopo Foro. visum fuit) erroneā bissextiliū annorum

exorbitationem terminauerint, Stante vtrouis adhuc pacto per Romanos sacerdotes admissi erroris deuiatione, nec non Augusti exinde emendatione in annis duodecim prædictis. B. quidem dominicalis litera primo, atque quadragesimo quinto itidem cæsaris anno, qui primum vsualium Christi. D. præcesserat, occurrit. Quod quidem liquido constabit, si modo ab anno cæsaris quinquagesimo (qui quintus fuit Christi. D. annus) vbi. D. litera quequem edo sub. 14. solaris cycli numero collocatur) per annos singulos cum dominicali litera singulariter retrocedendo processeris, vnicam. E. literam quarto Christi. D. anno cõmuni, vt supra, transacto, atque præcedenti proxime. F. tertio dehinc. G. quarto. A. primo quidem in ipso annorum numero vsualium computato deputando; Sic namque præcedenti, qui fuit quinquagesimusquintus cæsaris annus, non minus, quàm primo emendationis. B. literam assignabis, dum. C. in. B. dicta de causa, quadragesimi noni. s. communis elapsi, nec minus præcedentes in Pauli columnula commutaueris. Cum nanque à quadragesimoquinto iam dicto cæsaris anno, ac. B. litera ad. 38. per octennium retrocesseris C. Pauli litera itidem, vt supra, in. B. conuersa, nec non. D in. C. præcedenti. 37. scilicet commutata; Sic. 36. iuxta modo dictam Pauli positionem bissextili effecto. D. E. literas assignabis, atque ita exinde de anno in annum quamlibet dominicalem literam in præcedentem commutando, geminam bissextilibus de quadriennio in quadriennium, atque vnicam annis communibus deputabis. Sic tertio cæsaris. F. G. ac præcedenti. C. atque priori demum emendationis anno. B. literam æque ac quadragesimoquinto cæsaris (quod modo proposuimus) assignabis. Hanc demum priori emendationis anno. B. literæ congruentiam haud secus ex solari cyclo, atque ordinaria literarum dominicaliũ descriptione pernosces, omissa etiam Romanorum Sacerdotum deuiatione; atque Cæsaris Augusti annorum duodecim communium resarctione; Vbi à quinto labenti Christi. D. anno, siue ab octauo illius mauis, apud computistas omnes bissextiliter computato, per annos singulos, atque dominicales literas, penès ipsum solarem cyclum, ex ordine vnicam communibus, geminamque quaternis singulis penès cæsaris institutionem tribuendo, ad primum ipsius annum. 21. voluente Solaris cycli numero

deue

deueharis. Ibi nanque. B. literam, vnicam quidem tanquàm communi à cæsare primum proculdubio rationabiliter instituto, ideo toti anno ipsi inseruientem non minus offendes; veluti etiam quadragesimoquinto illius, eandem quoque dominicalem literam (Sacerdotum incuria, atque exinde Augusti emendatione interueniente) extra ordinem scilicet, adiacentem inuenies. Quorum vtrique sexta veluti feria vigesimoquinto Martii, solis autē dies totidem Decembris diebus, sic priori inquam cæsaris anno sabbati dies cal. ipsis Ianuarii, penés Lucidum, potius quàm veneris, iuxta Paulum assignatur.

CONCLVSIO PRIMA.

NOs ergo tum primum cyrilli scriptis, tum plurimorum aliorum dictis innixi, ita vno feré omnium assensu haud aliter profitentium, ex positione quòque dominicalis literæ. B. ob Romanorum sacerdotum incuriam, atque Octauii emendationem in annis duodecim communibus interuenientem, ob quam feria sexta octauo cal. Apriles, hoc est 25 Martii ipso incarnationis anno, atque exinde dominicus dies. 25 Decembris, anni inquam ante primum vsualium christi Domini nondum plenarié axacti concurrit, sic ipsum Christum Dominum die eademmet ueneris, qua supra conceptum, ac præcedenti dominicū diem nocte eademmet natum; Anno inquam quadragesimoquinto cæsaris desinente, atque quadragesimo secundo Imperii Augusti propemodum emenso, septingentesimo atque quinquagesimo secundo ab urbe condita, quartoque centesimæ, ac nonagesimæ quartæ olympiadis uoluente pené tunc anno, eundem christum. D. in terris cœlitus emissum, & ex virgine natū, ex dictis cum Lucido rationabiliter, ac probabiliter sentiendo decernimus. Et quia nouem ex solari cyclo, vnitas quoque ex decemnouenali aureo ecclesiæ numero, atque decemseptē ex lunari hebræorū, tres etiam ex inditionali reuolutione penés Romanos Pontifices cū anni exitu ipsius, uel propé desierant, cal. ideo Ianuarii natiuitatē ipsam subsequentibus, mutata. B. litera in. A. non ex ordine tamen, aut usuali literarū dominicaliū cōmutatione, uerū ita Octauii emendatione, ut dictū est, exquirente, oēs exinde prędic

torum cyclorum numeri, singuli vnitate adaucti, primus quoque natiuitatis Christi Domini annus calendis eisdem Romanorum ciuium more, numerationis propriæ secuti sunt ordnem; Tabelionibus tantum Romanæ curiæ, atque Imperiali auctoritate fungentibus Christum .D. præcedenti dominica natum, & vere quidem astruentibus, tam in ipso quam in sequenti etiam annorum numero diebus æque septem præuenientibus, Aliis licet post Dionysiacam computationem desinente anno isto. atque Decembri ilicet subsequenti Christum.D. sub decimo solari cyclo, falsò tamen, natum existimantibus, à Martio anni illius (non priori sub nono solari cyclo, vt decuit) incarnationis annos inchoantibus inde. A quibus nos cum Lucido, atq; ecclesię tabellionunq; vsu tam in ipsò natiuitatis, quàm vitę Christi anno, literarumque dominicalium dispositione; dissentimus Cùm illi quartum Christi.D. annum bissextilem supponentes, propterea in dominicali litera, atque in ipso feriarum numero decepti fuerint, anno serius, quàm vere fuit, quadragesimo sexto videlicet Cæsaris labente anno, sexta tamen feria conceptum, atque dominica die 25. itidem Decembris die ob erroneam.B.literę anno huic collocationem, decimo inquã voluente solari cyclo, propterea anno integro serius Christum.D.natum asserentes. At nos nono cycli huiusce labente, B.tamen dicta de causa decurrente litera, atque quadragesimoquinto Cæsaris anno (ita vt natiuitatis ipsius dies primum vsualium annorũ diebus septem pręuenerit) conceptum modo, & natum asserimus, pari dehinc natiuitatis, atque cyclorum omnium Incarnationis anno, propria inferius ipsorũ tabula descriptorum numero concurrenti Ex his erroris nostri ansa Paulió; Episcopi Foro. in numero annorũ vitæ Christi deprætenditur. Qui cum Ioanne de muris, Ioanne Bachone, & allis plurimis Dionysium subsecutis, quartum Christi.D.annum bissextilem, vt ipsi, efficientes, atque ideo anno primo eiusdem vsualiter siquidem accepto .B. literam assignantes, sextam idcirco feriam .25. Martii, ac dominicæ diem.25 Decembris, quæ præcedenti competit anno, irrationabiliter tamen deputauimus. Vnde & nos cum illis alias libro nostro paschalium canonum natiuitatem ipsam anno integro, indecenter tamen, distulimus, Christique vitæ annos vnitate quidẽ deficientes enumerauimus

uimus. Quòd si hic modo conceptionem, atque natiuitatem ipsam anno citius cum Lucido, ecclesiæ quoque, ac tabellionum vsu transactam proposuimus, singulisque vitæ christi.D.annis, quas anno integro diminutas, vt supra, connumerabamus, vnitatem rationabiliter quidem adiecimus, nullus propterea in prædictorum cyclorum reuolutionibus error, aut vlla literarum exorbitatio, post quartum christi.D.annũ exultat, nec disparem propterea, quin eandemmet annorum, ac cyclorum seriem numerumque à primo christi.D. cũ eisdem inuiolabiliter æque seruamus.

CONCLVSIO SECVNDA.

NOTARII Romanæ curiæ in actis ecclesiæ synodalibus, Pontificablibus etiam, atque Iubilei annis, plures licet natiuitatis annos incarnationis nomine commutarint (quod Lucidus æque, ac Paulus prędictus testatur.) nec minus tabelliones omnes Imperiali authoritate fungentes in eorum publice scriptis (& recte quidem) christi.D.annos ab ipso natiuitatis die inchoant; Nec propterea vsualium annorum natiuitatis computum in ipso Incarnationis numero præuenientes, christum.D.prius natum, quàm conceptum prætendunt, veluti Reuerendissimus Petrus de Aliaco cardinalis cameracensis in libro concordantiæ Astrologiæ cum Theologia eisdem (irationabiliter tamen) impingere videtur. Quinimmo christum.D.anno serius, quàm verè fuit, sub decimo videlicet solaris cycli numero, ac.B.ordinaria dominicali litera conceptum, & natum cum illo sentientes falluntur, siue á Martio natiuitatem ipsam præcedenti per menses nouem antea, incarnationis annos, atque à cal. Ian.præcedentibus per annum ferè præuenientes, annorum natiuitatis initium penès eundem Cameracensem, & alios, numerando assumpserint; Siue etiam dies septem à natiuitate ad subsequentem tunc circuncisionis diem transactos, pro anno integro acceperint; A quo quidem circuncisionis, atque octauo natiuitatis die, calendis ipsis Ianuarii, mutata (penès illos inquam) B.litera in.A.sub vnde imo voluente iam solaris cycli numero, secundus natiuitatis cœptus sit enumerari annus, primo tamen incarnationis ad subsequentem Martii mensem perdurante anno; vt sic natiuitatis

uitatis annorũ cõputus per Ian.ac Februarium mẽſes,quoſlibet emergentes Incarnationis annos, vnitate Romanorum more numerando præcedat. Ita præfatus Reueran diſſ.cardinalis poſtergationẽ hanc in ipſo annorum incarnationis computo, & probabiliter quidem iuxta vulgarem, non rationabilem eccleſię, & tabellionum computum ſoluit, in hoc tamen deceptus, quód Chriſtum. D.anno ſerius sub decimo scilicet solari cyclo, dominica tamen die natum ratus eſt. Verum cùm nos Dionyſium,& alios deinceps in collocatione literarum dominicalium, propterea in ipſo feriarum numero hallucinatos fuiſſe oſtenderimus, qui regularem literarum ſeriem, non deordinariam Octauii emendationem ſubſecuti ſint; propterea primo annorũ Chriſti. D.vſualiũ, non.B.(vt illi arbitrati ſunt) ſed.A.atque prior, ſub nono ſolari cyclo, B.proprius dicta de cauſa, extra ordinem ſcilicet aſſignauerimus; Ex quo.25.Martii feria ſexta, quando conceptus tunc fuit Chriſtus.D.atque.25.Decembris dominicus dies, ſub nono licet, vt diximus, ſolari cycli numero concurrit; Atque ita Chriſtum. D. anno citius conceptum, & natum, quàm alii Dionyſium ſequti tradidere, cum Lucido, atque eccleſiæ, nec non Tabellionum vſu, ratione quòque ipſa corroborati comprobauerimus; Merito ergo Pontificia, atque etiam Imperiali authoritate fungentes tabelliones omnes ab ipſo natalitii die in annorum natiuitatis Domini computatione primordium, rationabiliter quidem ſumpſiſſe teſtamur; à cal.licet Ianuarii diebus octo à natiuitate tranſactis, decimo tunc ineunte ſolaris cycli numero, primus Romanorum more cœptus ſit enumerari annus, primo tamen Incarnationis ad ſubſequentem Martium ilicet perdurante anno, à quo ſecundus, vt reliqui, incarnationis ſumpſere initiũ; Atque altero natiuitatis, vitæque illius ad.25.ſiue vltimũ Decembris, annique ipſius diẽ perdurante anno; vt ſic quilibet poſt Ianuarium, ac Februariũ incarnationis annus natiuitatis computũ, vt æquum eſt, vnitate precedat, non autem irrationabiliter ſubſequatur. Quòd ſiquando Piſani ciues obſeruant, ſic veram incarnationis, atque natiuitatis ſeriem in ipſorum amborum numero obſeruant. Secus qui per Ianuarium,ac Februariũ menſes vnitate deficientes in ipſo incarnationis numero ſubſequuntur, aut exactorum, & perfectorum connumeratione,

ne contra chronographorum omnium assuetudinem abutuntur, qui currentes Pontificũ, Imperatorum, Regũque emergentes obseruant, aut Christum.D.prius natũ quàm conceptum consentiunt. Quòd vtrũ Senatus illud Venetus obseruans efficiat, an quia mensibus anni duobus Ian. ac Februar. à capite Romanę ecclesiæ maluit disceptare, atque per anni reliquum in ipso annorum numero, cum eademmet conuenire, An quia dum Illustrissimæ huiusce Vrbis, atque ipsius præclariss. Aristocratiæ. 25. Martii die fundamenta statuerent, Ipsi numerationis huiusce annos incarnationi dominicę (cũ prius vel á passione Christi.D.vel ab vrbe condita, aut ab Imperatorum annis enumerarentur) vt scilicet incarnati verbi mysterium, ac prælibatæ vrbis initium, quin vtriusque simul anniuersarium æque recolerent, minime Christum.D.serius, aut citius conceptum & natum obseruantes, accommodarunt. Quod nos, vti incertum, ommittimus.

CONCLVSIO TERTIA.

PROBABILIVS magisque Chronographorum dictis consentaneum videtur cum Lucido Alphonso Thostato, Rogerio Bachone, ac Ioanne de Muris, non eodem tamen ætatis anno, quo hi duo opinati sunt, verum trigesimotertio à natiuitate labente Christum.D. tertio Aprilis die pro salute humani generis passum asserere, cum trigesimumsecundum videlicet egisset annum, menses tres, ac dies decem ferè, in lunatione, inquam, quæ à Martio inchoata in Aprilem paschalem mensem penès hebræorum canones, ac nostros etiam terminarat, magis quàm vigesimoquinto, vel trigesimo, aut quouis alio Martii die; Quod nos alias cum Paulo Episcopo Foro.erroneè tamen, putabamus. Cùm primum nec maior ille annis trigintaquatuor, nec minor adhuc triginta duobus aliquo Euangelistarum, aut scriptorũ quorũuis testimonio, secluso vno Irenęo, cõprobari possit, quãdo is vltro mortis aculeũ subierit, nec alia id feria quàm sexta cõtigisse credatur (queãdmodũ etiã cõmunis adhuc omniũ, latinorũ præsertim extat opinio) luna quoq; mensis tunc primi, siue quartadecima penès gręcorũ, atq; etiã hebræorum

bræorum, vt infra dicetur, obſeruantiam contingenti; Quòd beati Ioânis præſertim teſtimonio exprimi videtur, dum paraſceuem paſchæ Iudęorum deſcribit; per quam profeſtum ſiue vigilia vſitato nomine, ac præparatio paſchæ, non ſabbati innuitur; Ex qua quidem quartędecimæ lunę feria ſexta contigentia, ſabbato quoque quintadecima paſchalis ſolennitatis occurrens exprimitur; Propeterea ipſa tunc paraſceues die non introierunt iudæi prætorium, ne contaminarentur, ſed vt ſero, quo paſſus eſt Chriſtus .D.deſinente iam quartadecima luna, atque quintadecima ineunte, Paſcha ſum, hoc eſt paſchalē agnum, non azima tantum comederent; cuiusmodi quidem contaminationis occaſione ab ipſorum azymorum comeſtione (à paſchali agno licet abſtineāt) neque adhuc inter nos degentes retinentur. Siueetiam quintadecima tunc luna menſis primi (quod latinis patribus, pluribusque aliis occidentalis ecclesiæ patribus placuit) feria eademet ſexta concurriſſet; Quod Euangeliſtarum trium teſtimonio præſertim comprobari videtur, dum ex ipſo agni eſu chriſti.D ac diſcipulorum quartamdecimam cum feria quinta deſinentem, atque paſchale feſtum, ſiue diem primum azimorum cum ſubſequenti tunc feria inchoatum, propterea feria ſexta quintā decimam occurſam deſcribant. cùm ergo tria hæc, videlicet chriſti.D.ętas propoſiita modo, vel non longe ab ea diſſimilis ſaltem; Quintadecima quòque, ſiue quartadecima luna menſis primi hebræorum penès tunc temporis vſum, & canones quos illi obſeruāt, cuſtodita, ac feria ſexta demū, tanquā paſſioni dominicæ conueniens, ac neceſſaria, die aliquo, & anno ex noſtratibus in Martio, vel Aprili ſimul concurrere reperiātur; nec poſſit ex his vno tantum omiſſo, dies vlla menſis vel anni modo aliquo pro re hac idonea cenſeri; Propterea ſiquandoſupra trigeſimumſecundum vſque ad trigeſimum quartum, vel ad quadrageſimum quòque chriſti.D.annum menſe aliquo paſchali, Martio videlicet vel Aprili (quorum alterutro hebræorū ſolennitas azimorum, atque quintadecima menſis primi celebrari cōſueuit) prædicta tria hęc die eodemmet æque conueniant, tunc dies & annus ille certiſſimus omnium pro paſſione dominica, nec alius qui in prædictis diſceptet, pro re hac habilis exiſtimandus tunc erit; Quod ſi annis duobus, vel pluribus ſingula

singula hæc eadem concurrere videantur, tunc dies & annus ille, qui chronographorum scriptis, atque ætati Christi D. congruus magis appareat, cuiq; prędicta magis axamussim competant, præ cæteris idoneus rationabiliter eligetur. Constat autē ex longo Pauli Episcopi Forosē. examine secunda eiusdem Paulinæ parte, ex Alphonsi Thostati voluminibus, præsertim quęstionū eiusdem. 15. (hic licet Astronomicā tantum supputationem, nec hebraicam rei huic opportunā, ac necessariā obseruauerit) quod ex infrascripta luminarium congressuum, oppositionūuē tabula, lunę quòque primæ, atque quartędecimæ inspectione, tam astronomica, quàm hebræorum quòque cyclorum, & canonum ratione examinata, perspicuum intuenti apparere poterit, Quòd inter prædictorum, vel plurium etiam christi. D. annorum curriculum nusquàm prædicta tria anno aliquo concurere reperiantur, quin ab Euangelistarum, & chronographorum traditis aliqualiter, vel plurimum etiam, dissentire videantur, nisi annis tantū duobus christi. D. labentib' trigesimo tertio, atque trigesimosexto. Nam Bedæ, vel Alberti Magni (quandoquidem communis de anno isto amborum fertur opinio) de anno trigesimoquarto non certa tamen sententia, vt nec ipsi Bedæ, ita nec aliis, vel parum saltem, arrisit, quemadmodum etiam libro temporum. 47. capite testatur. Minime nanque anno hoc trigesimoquarto quartadecima, siue quintadecima luna octauo cal. Martias feria sexta, veluti nec aliqua adhuc exprædcedentibus, siue subsequentibus christi. D. annis (nisi. 12. forte. 159. vel. 175.) haud quaquā congruere potuit. Quòd & si anno. 39. atque. 40. prædicta concurrant, non tamen vigesimoquinto Martii diei modo aliquo conuenire videntur; verum hic quintodecimo Aprilis, atque illic eadē vigesimo septimo mensis eiusdem die concurrunt; nec tamen quo pacto Christus. D. cum discipulis paschalem agnū feria quinta rite comederit, quartadecima luna feria sexta anno hoc trigesimonono, non quinta coincidenti, cuius quidem neomenia die sabbati tam ex legali, quàm iudiciali assuetudine præuenerat; Quidue quintusdecimus Aprilis anno altero quadragesimo Christi, azymorum dies, euangelistarum dictis congruat, quòd scilicet magnum tunc frigus esset, aut quis annorum ipsorum ætati christi. D. congruus, nisi amborum neuter, cum subsequentibus

ſequentibus adhuc antiquorum patribus traditis cōpetere poſſe videatur. Quare cum ſingula tria hæc, quę modo diximus, annis trigeſimotertio, atque trigeſimoſexto tantum chriſti.D.labentib', æque concurrant; De his ergo tāquàm paſſioni dominicæ congruentibus habendus eſt ſermo; horum nanque priori trigeſimotertio videlicet, tum primum chriſti.D.ætas annorum trigintaduorum cum menſibus tribus, & vltra parum plus perfectorum, vt antea ex natiuitatis illius āno innotuit, tū feria ſexta tertio Aprilis die, nec non quintadecima luna menſis primi iuxta Moſaicam, atq; ita à chriſto .D. ac diſcipulis cuſtoditam obſeruationem; quartadecima quoq; penès nouam, ac iudicialem, vt nunc obſeruatam hebræorum diſpenſationem, non minus quàm trigeſimo Martii die anno trigeſimoſexto, vtrolibet eodem met etiam feriarum numero concurrunt. Anno nanque trigeſimotertio chriſti.D. vſuali, ac vitæ ipſius labenti, media fuit luminariū coniunctio horis duabus, ac minutis duodecim poſt meridiem. 19. Martii, ſub. 14. ſolaris cycli, atque ideo . D. dominicali litera, ac feria quinta contingēti; Ex quo penès hebraicam obſeruationem in ſubſequentem vigeſimū Martii, ac veneris diem lunationis, ac menſis primi paſchalis initium iure ipſo transferēdum tunc fuerat, vbi dualitas anno eodemmet currens ex lunari cyclo Iulii cæſaris (vt ab anno primo emendationis ipſius ad eundem trigeſimum tertium chriſti.D. annum in vtrauis amborum tabula, atq; infra etiā ſingulariter procedendo ediſces) lunam tunc primam denotans, penès Pauli Epiſcopi Foro ac Lucidi quoq; aſſertionem proprio illius calendari loco aſſignatur. Quòd ſi quintusdecimus decemnouēnalis eccleſiæ numerus Ro. calendario inditus, ſiue duodecim ex priſcorum latinorū cyclo vtrinque. 19. Martii die aſcriptus, per diem antea penès normam ſuperius hypotheſi prima exhibitam trāsferatur, vigesimo adhuc menſis eiusdem die lunam non minus æque primam, quàm cæſaris duo ex aureo numero illius, anno eodemmet trigesimotertio commoſtrabit; cuius quoniam lunationis initium ſexta, vt modo diximus, feria coincidit, ſimili ideo feriarum numero, hoc eſt die Veneris tertio Aprilis ex legali conſtitutione quintusdecimus lunationis illius dies fuit. Quod non minus Aſtronomica adhuc ſupputatione conſtabit, ſi modo coniunctionis diebus horiſque

risque

risque ipsis ad ciuitatem sanctam Hierusalem duobus, ac minutis duodecim post meridiem astronomico more transactis, dies quatuordecim, horas decemocto, ac minuta vigintiduo à coniunctione ad oppositionem quamlibet computandos, adieceris; Sit nanque tertio Aprilis, horis viginti, ac minutis trigintaquatuor à præcedenti, secundo videlicet Aprilis die astronomicæ transactis, sexta videlicet feria, horis tribus, ac minutis vigintisex ante meridiem decursis, oppositio, atque quintadecima simul lunaris mensis occurret. Hoc idem anno Christi Domini vsualis trigesimosexto tabula propria inferius euenisse concernitur, vbi sextodecimo Martii die feria sexta luna prima, ac Iouis vigesimonono eiusdem die quartadecima luna, trigesimo quoque, Veneris itidem die, quinta decima legalis extitisse depræhenditur. Si nanque luminarium synodo (que quintodecimo mensis eiusdem, horis. 17. ac minntis. 22. post meridiem, atque ideo sexto decimo mensis ipsius occurrit) dies. 14. haras. 18. minuta. 22. oppositionis medie tempus addideris, plenilunium trigesimo Marrii die ante noctis medium Veneris sub sequentis exhibebis; quod quintamdecimam die eademmet (ni modo feriæ sextæ inhabilitas ex hebræorum obseruatione obstaret) insinuat. Quamuis enim nisi transacto nos ante meridiem plenilunio, pascha nostrum minime celebrandum rationabiliter sentiamus, vt quoad fieri possit, iudæorum pascha cum nostro cōcurrentem euitemus, vel vt sicrarius saltem cum verpis die eodemmet festū istud celebremus, non tamem iudæi ad oppositionem ipsam luminarium, an scilicet ante meridiem, vel postea occurrat, in quintædecimæ lunæ ipsius obseruatione conspiciunt; quin in re hac lunarem tantum coitum, atque exinde dierum mensium lunarium connumerationem ex calendario, ac cycli ipsorum vsu obseruant. Quod ex Ioannis Stœfleri, & Pauli Foro.calendarii quoque hebræorum Canonum in latinū translatione cōprobatur. Idcirco Paulus prædictus Forosem. Episcopus hebræorū normam circa quintędecimę lune celebrationem obseruans, quemlibet dominicæ diem, plenilunio à pręcedēti ad subsequentis etiam noctis mediū posst vernale æquinoctium incidenti, pro paschali etiam catholicorū solennitate, & quintedecimæ simul verporum

festiuitate

festiuitate acceptat; propterea nos iure ipso cum eodemmet Paulo anno hoc trigesimosexto, vigesimonono Martii quartamdecimam, atque trigesimo quintãdecimam feria sexta (pace Lucidi, Paulum eundem in hoc perperam annotantis) non minus quàm secundo Aprilis anni trigesimi tertii Christi.D.labentis quartãdecimam, atque tertio eiusdem die, quintamdecimam plenilunio vtrinque post meridiem, citra tamẽ noctis mediũ incidenti, assignamus, Iudęis licet vtrolibet dierum ipsorum numerum vnitate ex iudiciali authoritate differentibus modo. Cùm ergo lunationes annorum amborum prædictorum tam in ipso dierum lunæ, quàm feriarum numero concurrant, atque Pauli Foro. dicta de anno trigesimosexto, ac Lucidi tradita de anno trigesimo tertio, æque ferè concertent, hic nobis modo videndum extat quisnan prædictorum annorum. 33. ac. 36. huius videlicet trigesimus Martii, atq; illius tertius Aprilis dies, chronographorum scriptis, atque ætati Christi.D. congruus magis reperiatur. Verùm nos cum prædicto Paulo, vt aliàs (minus tamen probabiliter concordantes) aut Christi. D. annos trigintaquinque, ac menses tres in humanis visisse testabimur, aut Dionysium ipsum, cunctosque chronicorum, temporumue scriptores in ipso annorum numero Christi D. transactorum annis duobus hallucinatos, & Christum D. tantumdem serius natum profiteri coartabimur; quorum primum communi quidem sententiæ, nedum ipsi Paulo contrariari omnino videtur; secundum vero omnium auribus dissonum penitus arbitratur, Ideo solus hic fuit, qui diem hunc & annum, trigesimumsextum videlicet, atq; trigesimũ Martii, passioni dominicæ congruentem inuenerit. Propterea nobis hic satius fuit cum pluribus, & rationabilius quidem, conuenire, quàm vni absq; vrgenti ratione á cæteris discordantes conuenire; Cùm præsertim Lucidus prædictus annorum Christi. D. computum, ætatemque ipsius optime quidem dilucidauerit, ideo annum merito trigesimumtertium, tertiumque ipsius Aprilis diem trigesimo Martii, anni trigesimi sexti, præferendum, ac Lucidi ipsius sententiæ hic nobis inhærendum omnino decreuimus; Cui quidem tertio Aprilis diei anni trigesimi tertii omnium feré chronographorum scripta, singulaque præmissorum omnium tria congrua prorsus conuenire reperiuntur. Anno nanque eodemmet

met trigesimotertio, tum primum ætas Christi.D.annorum trigintaduorum, ac mensium trium, & parum plus perie-ctorm, tum Euangelistarum trium, tum Beati Ioannis traditis consonat. Natiuitati quoque eiusdem annus Octauii imperii quadragesimussecundus assentit; Anno quoq; huic tertia Romana Indictio ānis tribus antea, & parum plus inchoata (ob quam vniuersus orbis nascente tunc Christo Domino descrbitur) atque septimo cal. Octobris anni eiusdem penès imperialia iura, ac totidem penès pontificalia, subsequenter terminata concurrit. Huic etiam natiuitatis anno septingentesimus quinquagesimussecundus ab vrbe condita currens, atque in Aprili subsequenti completus inseruit; Tertius quoque olympiadis nonagesimæquartæ exactus, quartusque mensibus tribus dudum elapsis inchoatus annus assentit; Quæ singula ab Orosii, Eusebii, Eutropii, ac Pauli Diaconi, Beati quoque Lucæ Eenangelistæ scriptis minime discrepant. Cùm hic primum natiuitatem Christi.D.sub Augusto describens, postmodum capite tertio baptismum illius sub quintodecimo Tiberii Cæsaris anno commemorans; Erat, inquit, ipse Iesus incipiens quasi annorum triginta, idest (quod græcus sermo sonat) tanquàm annorum triginta; hoc est incipiens trigesimum ætatis ipsius annum; quod diebus tredecim æque fuerat, quantum est videlicet à.25.Decembris, quando natus est, ad sextum Ianuarii diem, quando in Iordane baptizatus fuit. Quintusdecimus nanque Tiberii Cæsaris annus à sextili mense vigesiminoni Christi.D.currens, in trigesimum labentem, Augusto mense desinens terminarat; quandoquidem primus Imperii eiusdem à quintodecimo Christi.D. labente, atque sextili mense (vbi Octauius anno ætatis ipsius voluente septuagesimosexto, decimonono Augusti mortem obiit) ad subsequentem Christi. D. annum sextumdecimum, ac decimumnonum itidem mensis eiusdem diem cōpletus, vt reliqui deinceps, enumeretur annus; Vnde et si primus hic Tiberii Cæsaris modo dictus annus, quintodecimo Christi.D. penès aliquos, melius tamen iuxta Lucidum, & alios, sextodecimo (cuius maior anni pars à cal. Ianuarii ad Augustum mensem exactum fermè pertransiit) ascribitur. Propterea decimusoctauus Tiberii ipsi magis passionis anno trigesimo tertio, penès Orosii, Eutropii,

atque Eusebii attestationem, quàm decimusnonus penes aliquos deputatur; qui nisi Augusto mense tantum (decimo-octauo completo, sequuta tunc Christi. D. morte) nec antea pro decimonono labenti Tiberii Cæsaris anno haud quaquá iure aliquo enumerari potuit. Quartus prȩterea du centesimæ secundæ cócurrens olympiadis annus iuxta Eusebium passioni huic dominicæ congruit; quo admiranda, & miraculosa ecclypsis illa (de qua in euangelio) quarto scilicet olympiadis eiusdem anno hora sexta diei, obquam stellæ cœlo visæ sunt, quando Christus. D. pateretur (quod Flengon, & alii quoque ethnici scriptores tradiderunt) euenit. Anno hoc demum trigesimotertio, quarto nonas Aprilis, tũ setxa feria, tũ quintadecima luna mensis primi, ac pridie quartadecima Iouis die ex antiqua, & Mosaica à Christo Domino, & discipulis custodita institutione, siue etiam tertiadecima ex hebræorum legisperitorum dispensatione, atque ideo ex græcorum etiam computatione contigerat, Propterea Paulus Episcopus Burgensis in additionibus super Nicolaum de Lyra Matthei. 26. in Euangelistarum concordiam longam inter latinos, & græcos in cœna Domini, & pascalis agni esu discrepantiam tollit, cuius quidem dicta, atque habræorum tradita simul de morte, & passione Christi Domini, diei huic & anno (ita etiam Paulo Episcopo Forosemp. attestante) optime quidem quadrare videntur; Quamuis hic in anno ætatis Christi Domini deceptus, & nos cum eo alias libro nostro paschalium canonum, annum hunc immerito quidẽ prætermiserimus. Fuit nanque ãno eodem met, vt prædiximus, feria quinta horis duabus, atque, minutis duodecim post decimumnonum Martii diem ad meridiem Ciuitatis sanctæ Hierusalem, media, & æqualis luminarium coniunctio vernali æquinoctio propinquior, hora inquam horologii nostri vigesima, vel circiter, ab occasu solis accepta, quæ ex hebraica, & rationabili quoque ipsorum obseruatione, transacto iam potiore diei ipsius curriculo, neomeniam mensis in subsequentem feriam sextam ex more commutauit. Quod vt Burgensis idem iudaica ratione probauit, sic Paulus alter Foro. Episcopus chaldaica simul probatione firmauit, atque astronomica quoque supputatione corroborauit. Sic ergo à vigesimo

Martii die lunationis prędictę exordio (quod die Veneris, vt diximus, occurrit) dies singulos numerando, quartadecima vere mẽsis primi, ac feria quinta anno trigesimotertio Christi D. simul occurrit. Quòd cũ iudæi ex neoterica ipsorum obseruatione (de qua Pauli ambo prędicti, & nos infra cõmemorabimus) primã lunationis præmissæ diem à feria sexta vigesimi Martii diei in vigesimũprimum, ac feriam septimã, atq; ita quintamdecimam lunam à die Veneris in sabbatum (quando Christus. D. in sepulcro iacuit.) transferentes, ex iudiciali dispensatione, non morte Christi retenti, cõmutarint, sic feria sexta quartamdecimã obseruantes, verum, ac mysticũ simul paschalẽ agnũ, christũ. D. scilicet hora nona, at vespere agnũ alterũ die eodẽmet tertio Aprilis imolarunt. Quod diuina quidẽ dispensatione factũ arbitratur, vt cessante tunc figuratione omni, geminus paschalis agnus à Iudæis eodemmet naturali die, quintadecima ex legali scilicet, ac quartadecima ex vsuali hebręorũ obseruatione, pro actuali Adæ culpa offeretur; iudęis siquidem ipsis ex iudiciali, atq; vsuali eorum dispensatione paschæ diem cũ quintadecima in sabbatum transferentibus; propterea crucifixo Domino, atque sepulto die Veneris, quartamdecimam parasceuen, siue paschæ profestum custodientes, paschalẽ exinde agnum post verum, completa figura, ac figurato, quod Christus pridie legaliter absoluerat, ipsi vsualiter quoque imolarunt. Ex dispensatione nanque, & probabili eorũ ratione suffulti, statuerunt hebræorum iudices, ipsorumque legis periti in secunda templi instauratione (quemadmodum ex Gamalielis traditis, atque ex chaldaica supputatione simul, nec minus ex ipsorum Calendarii editione, penès Paulũ Fo. & alios ex nostratibus, & ad Christi. D. fidem ex eisdem conuersos habetur.) sanxeruntque simul sub Eleazaro Duce, in sanctuario, ac tẽplo Dei sancto cõmorantes, nusquàm neomeniam mensis primi Nisan, feria secunda, feria quarta, nec sexta celebrari; propterea paschæ festum, siue primũ Azymorũ diẽ (qui quintadecima mensis eiusdẽ obseruari precipiebatur) eisdẽ nunquàm feriarũ diebus custodiri debere; Propterea lunæ coitu die aliquo ante meridiem, vel præcedenti adhuc post meridiẽ contingenti, in subsequentẽ tunc hebdomadę diẽ lunationis, ac mẽsis eiusdẽ initiũ (vt à die Veneris in sabbatum anno prędicto) transferendũ exinde curarent;

ob id quidem, vt aſſerunt, ne propterea expiationis feſtum feria prima, vel ſexta etiam concurrens, ſabbato ita continuaretur; ob quam modo feſtorum duplicationem, in magnum ipſorum incommodum, ab accenſione ignis, atque ſepeliendorum corporũ officio impedirentur; néue adhuc palmarum dies ex deprauata eorum aſſuetudine voluptatibus, & bachanalibus (vt apud nos carniuorum) addictus, ſabbati die contigeret (cum certo, ac definito dierum numero ſemper feſtorum legalium obſeruatio penès feriarum numerum, non dierum menſium diſtet) & propterea feſtum iſtud indecenter nimis violaretur; Quæ quidem ex. 23. leuitici diſpenſatione eisdem licuiſſe, abſque etiam legis iniuria tradunt. Chriſtus autem Dominus nullam deinceps expectans veteris feſtorum legis obſeruantiam (cùm iam completa omnia, & conſumpta ſimul eſſent) verum ac legitimum paſchæ feſtũ quartadecima tunc luna feria quinta ad veſperam deſinente, atque quintadecima, ſiue primo Azimorũ die poſt occaſum ſolis ſcilicet ineunte, obſeruauit; Atque ita quintadecima luna, tertio Aprilis die paſſus eſt, myſtica prius agni figuratione veſpere per ipſum pridie, vt diximus, adimpleta; Iudæis quidem ob feriæ ſextæ inhabilitatem dicta modo de cauſa, agni eſum in ſubſequentem ſolis occubitum, & quintamdecimam ſimul, in ſabbati diem vſualiter transferentibus. Myſticam illam, & legalem Chriſti.D. cœnam quartadecima luna ex veteri quidẽ, non vſuali tunc aſſuetudine, & ſic tertiadecima ex hebrȩorum, ac græcorum ſimul cõputatione factam Diuus Ioannes Chryſoſtomus, ſuper illud Ioan. ca. 18. Et ipſi nõ introierunt prætorium, aſſeuerans, Chriſtus. D. inquit, cædem ſuam in paraſceue reſeruans, pridie paſcha fecerat, quando antiquitus feſtum iſtud fiebat. Quæ ſi modo Thoſtatus Alphonſus Abulenſis Epiſcopus percepiſſet, non tot, ac tantis in græcorum, & latinorum diſceptatione argumentationibus de tertiadecima, vel quartadecima luna penès latinorum ſententiam in cœna Domini perſtitiſſet; Quam modo ex gemina paſchæ obſeruatione veteri ſcilicet, ac legali, nec non ex iudiciali, atque vſuali hebræorum inſtitutione, ac diuerſa propterea dierum lunæ enumeratione Pauli ambo prædicti paucis quidem abſoluerunt. Cùm ergo Euangeliſtæ tres Lucas, Marcus, & Matthæus Chriſtum.D. die primo

aduentante

aduentante Azimorum cum diſcipulis paſcha ſuum manducaſſe tradunt; hoc de legitima paſchæ obſeruatione penès Moſaicam traditionem, atque priſcorum hebræorum obſeruantiam omnino intelligendum extat; Quibus diuino quondã nutu traditum fuerat, vt quartadecima luna mẽſis primi ad veſperam feria qualibet deſinente, primoque tunc azymorum die ab ipſo ſolis occubitu cum quintadecima luna ſimul ineunte, agnum typicum imolarent; Cùm menſis, & anni cuiuſque initium ab ipſo nouilunii die, nulla tunc obſtante feria ſumeretur; cuius inquàm, ante meridiem diei ipſius mediæ, & æqualis luminarium coniunctio fieri contingeret; qua tamen poſtea coincidenti, tam neomeniam, quàm paſchæ feſtum in ſubſequentem tunc hebdomadæ diem, nec vltra quidem transferendum curarent. Cùm ergo anno trigeſimotertio Chriſti Domini labente media luminarium coniunctio poſt meridiem feriæ quintæ (vt dictum eſt antea) contigiſſet, primatio idcirco menſis illius, nec minus quintadecima quoque luna ſextæ ſimul feriæ ex legali inſtitutione debebatur; At vero paſchalis diei obſeruantiam iudæi ex indiciali, atque vſuali ipſorum authoritate à die Veneris, tertio videlicet Aprilis, in ſabbatum, quartumque eiusdem menſis diem (duplici ſic, & ſabbati, & paſchæ die contingenti feſto) commutarunt. Quod Beatus Ioannes Euangeliſta per magnum illum ſabbati diẽ, nec minns ẽt per paraſceuen, hoc eſt profeſtum Paſchę illius, dilucidiſsime quidẽ inſinuauit.

Quo quidem tertio Aprilis die Chriſtus. D. ſpreta vſuali hæbreorum obſeruatione, & vitæ ipſius curſum, noſtræ initium, & mandatum patris ſimul abſoluit.

SOLVTIO IN ANNORVM CHRISTI .D. AC ROMANORVM IMPERATORVM DISSONANTIAM PER PAVLVM FORO. Episcopum alias adductam.

ABSOLVTA dfificultate, atque ambiguitate omni circa ætatis Christi .D. annos, atque his etiam, quæ vt nobis offendiculum aliquod animo, sic aliis non minus parere poterant. Hic modo reliquum est his, quæ alias Paulus Episcopus Foro. in secunda Paulinæ parte ex Octauii Cæsaris, atque aliorum Imperatorum cronographia circa annorum Christi. D. vsualium numerationem obiecerat, breuiter ad modum respondere; Cùm is Christum. D. annis duobus serius natum, quàm à Cronographis olim traditum fuerit, tanquám per oracula somniando affirmarit. Primum nanque Octauii annos iuxta Eusebii annotationem (quo tempore natus est Christus. D.) quadraginta duos tantum à nece Cæsaris computatos tradit, atque decimumseptimum eiusdem Christi .D annum deinde cõmemorat, quo magna solis cõtigit eclypsis, quæ penes Eusebium quintodecimo Saluatoris nostri anno concurrens, Octauii mortem anno ipso præsignauerit, Exquo quadragesimussecundus à primo Octauii consulatu, à nece vero Cæsaris quadragesimusquartus nascente Christo.D. enumerandus modo fuerit annus, vt sic Imperii Ooctauii quinquagintaseptem cõputentur anni. Ex hac ideo annorum duorum exorbitatione, ac Censorini textu, ipsaque solaris eclypsis postergatione, Christum. D. annis duobus serius, quam verè fuit, natum, ac totidem postea passum, chronographis tantumdem deuiantibus, conatus est asserere; Cùm tamen neque Eusebii error in hac solaris eclypsis annotatione dephensus, siue etiam Censorini in ipso annorum numero (vt infra probabitur) deprauatus textus, nequaquàm cæterorum chronographorum scripta valeant confutare; Cùm alibi maxime ex ipso etiam Eusebio (quod alias minime inficiatur Paulus prædictus) nedum ex aliorum quoque scriptis liquido constet, Christum D. quadragesimosecundo Imperii Augusti à primo eiusdem cosulatu, siue triumuiratu, neque à nece Iulii Cæsaris accepto natum; Præterea non fuit annis duobus Christum. D. serius natum asserendum, nisi Octauium etiam duobus serius

us annis natum,atque tãtundem postea mortem obiisse pro baret. Verum é contra ex solari ecclypsi iam dicta contra se ipsum magis arguere probatur; vnde suis ipse armis,vt aiunt, perfoditur. Si nanque Augustus tunc decimumsepti mum cum dimidio feré ætatis annum agebat, quando occisus est Cæsar (quod idem approbat Paulus) sic erat annorum sexdecim, ac mensium trium, & parum plus,quando Iulius Cæsar solaré correxit,& emendauit annũ; postea quàm anno integro, ac mensibus duobus cum dimidio (vt ex Lucidi scriptis clarum extat) superuixerit. Si ergo annis sexdecim quædragintaquinque à correctione hac ad primũ exclusiue vsualium annorũ Christi. D. decursi addantur(quod æqué testatur Paulus prædictus) hisque demum anni decem septem feré Christi aggregentur, quibus (si Astronomicæ supputationi, ipsi quoque Paulo, vt æquũ est, credimus) solis ille labor contigit, quem mox Augusti obitum præuenisse narrat, Sic Octauius annos septuagintaocto ætatis,vel paulominus, vt infra contra Pauli ipsius assertionem,& chronographorũ omnium sententiã vixisset. Ex quo Octauii morté annis duobus freé quidẽ præuenisse,antequam solaris illa eclypsis contigisset, hic nobis concludendum certé extat, ni modo Octauii ortum, & calendarii correctionem, ac Iulii obitum,& vtriusq; adeptũ imperiũ annis totidẽ duobus,cõtra omnẽ tamẽ hystoricã traditionẽ differamus. Natus est nãque Octauius Augusts secundus post Cæsarẽ Imperator (vt ex chronographorum cõmuni quidẽ traditione colligitur) nono cal. Octobris, hoc est. 23. septẽbris,anno ab vrbe condita sexcentesimo nonagesimo primo, non auté nonagesimo tertio, qui secundus fuit olympiadis centesimæ septuagesimæ nonæ. Anno vero ab vrbe condita septingentesimo sexto, ac primo olympiadis centesimæ octuagesimætertiæ, (quod Eusebius annotat) Iulius Cæsar quintili mense summum adeptus est Imperium. Tertio tum olympiadis, & imperii eiusdem anno,incœptum est Iuliani, ac ciuilis anniexordium,anno vdelicet ab vrbe condita septuagesimo octano; ac subsequenti septingentesimonono labente tunc à Bruto,& cassio Idibus Martii interfectus est.Et tunc anno ipsomet quarto centesimę octogesimętertię olimpiadis, ac Sept. mense,quo natus est,decimũoctauũ Augustus cõpleuit ãnũ, vt à.691.ad.709.Vrbis annũ deduci potest. Mox anno inte-

gro, ac mensibus tribus postea (anno ab vrbe condita septingentesimo vndecimo labente adhuc) secundo quoque olympiadis centesimę octanagesimę quartę dudū inchoato, post Hirci & Pansæ consulatum, triumuiratum adeptus, imperii titulum simul consequutus est; A quo quidem non à nece Cæsaris quinquagintasex cum dimidio, & parum plus imperii eiusdem computantur anni; quando ab vrbe condita septingentesimo sexagesimoseptimo (vt inquit Eutropius) atque secundo olympiadis centesimænonagesimæ octauæ, qui quintusdecimus fuit Christi.D.currens annus, sextili mense, decimonono scilicet eiusdem die, septuagesimo sexto ferè, minus uidelicet diebus trigintaquatuor ætatis illius anno decessit; ut à uigesimo tertio Septembris anni.691.ad.767.vrbis conditę ad decimumnonum Augusti diem liquido exhibetur. Anno demum septuagesimonono vrbis conditæ, atque decimoseptimo Christi.D. qui quartus fuit olympiadis prædictæ. 198. atque secundus Tiberii (qui mox defuncto Augusto imperii eiusdem vicem assumpsit) quintodecimo Februarii die circa meridiem commemorata ecclypsis, biennio scilicet antea defuncto Augusto, euenit, Quæ vt nec aliàs vtique Imperatorum vel Principum mortem decernit (ueluti astronomica ratio, atque experientia comprobat) ita neque Octauii mortem tunc temporis, antea defuncto illo, significauit. Quo stāte sic anni imperii eius quinquagintaocto, contra historicorum omnium, ac Pauli ipsius assertionem à primo eiusdem consulatu biennio plures, & vltra parum plus à nece Cæsaris extitissent anni. Fuerunt ergo anni triumuiratus, ac monarchię simul secundum certissimam, quam modo diximus, computationem, quinquagintasex, menses septem, ac dies decemnouem, duobus vel paulominus à nece Cæsaris, ad cal.Ian. quibus consulatum primum egit, interceptis. Monarchiæ autem anni ipsius, Et si penès aliquos diuersimode numerentur, apud Paulum tamen Orosium præ cæteris clarius habentur, dum libro sexto cap.18.tradit Augustum Cæsarem anno ab vrbe condita.726.idibus Januarii Vrbem triplici triumpho ingressum Iani portas bello omni clausisse, summamque rerum potestatem, quam Græci monarchiam vocant, sumpsisse, à qua consūptis annis integris vigintiseptē ad Christum.D.atque biennio antea, ac mensibus quinque

ab

ab Aegypto subiugata transactis, vbi à Græcis, & Egyptiis Augustus singularis imperii titulum assumpsit; Sic primus Christi. D. annus, cui septingesimus quinquagesimus tertius Vrbis ascribitur, trigesimus Monarchiæ eiusdē penés Græcos, vigesimusoctauus autem penés Romanos currens computabitur; Cui si modo anni quatuordecim, quibus cum Christo conuixit, addantur (omissis hic mensibus) quadragintaduo iuxta latinos, atque quadragintaquatuor penés Græcorum computationem monarchiæ eiusdem enumerabuntur anni; quibus si modo duodecim ab ægypto deuicta ad primum illius consulatum iungantur, quinquagintasex, menses septem, & vltra parum plus anni erunt imperii eiusdem, & à nece Cæsaris quinquagintaocto, ac menses totidem, quot supra; Quibus demū annos decemocto feré ætatis eiusdem, eò tunc decursis addendo, siue etiam viginti consulatus ipsius, prædictis quinquagintasex innectendo, septuagintasex feré erunt anni illius, nusquàm ab Eusebio, Eutropio, paulo Orosio, Suetonio, ac Cornelio Tacito disceptantes, inter se iidem licet in Monarchiæ, & consulatus illius aliqualiter modo discrepare videantur. præmissis ergo sic, vt supra reiectis, quibus chronographorū scripta optime consonant, opposita per nos alias, & paulum Episcopum for. facillime diluuntur. Reliqua nanque pauli ipsius somniata oracula facilitate eademmet, qua scripta sunt eliminantur. Nec obstat adhuc deprauatus Censorini textus per eundem paulum Episcopum alias adductus; Quandoquidem penés alios emendatior manu scriptus censorini codex exhibeatur; cuiusmodi quidem erroris mendam Lucidus perpulchre Emendationis temporum libro aperuit. Nos tamen paulo prædicto, ut æquum est, plurimum equidem debere fatemur. Is etenim plurima scitu, ac cedro digna descripsit, lucem nobis (quæ ipsum tamen aliquando, ut hominem latuit) Lucido simul, ac posteris demum post terga relinquēs.

SEQVI

SEQVITVR TABVLAE CHRONICORVM ATQVE IMPERATORVM ROMANORVM CYCLORVM QVOQVE PLVRIVM CHRISTI Domini tempore decurſorum expoſitio.

IMPRIMIS quidem animaduertendum extat, quòd duplex litera quouis tabulæ loco occurrens, biſſextilem eundem denotat annum, cuius è regione in tabula binæ pariter aſcribuntur literæ, ſiue in columnula annorum emendationis Cæſaris per annos quadragintaquinque ante Chriſti Domini natum, ſiue poſtea ad annum vſque. 33. in ſubſequenti modo tabulæ parte adnotentur; Priori quidem literarum ordine biſſextilium annorum deordinationem per Romanos ſacerdotes poſt Iulii Cæſaris necem, iuxta Paulum Epiſcopum Foroſemp. perpetratam inſinuanti; Atque alia poſtmodum iuxta Ioannem Lucidum probabiliorem quidem biſſextilium annorum diſpoſitionem proxime, dextrorſum ſcilicet, continenti. Tertia denique literarum ſerie penès ſolarem cyclum biſſextilium, atque communium annorum numerum à primo emendationis Cæſaris anno ad tabulæ calcem, de quarto in quartum regulariter indicante. Reliqua vero cuiusuis columnulæ titulus ſingulariter deſcriptus inſinuat, Nam primum Iulii Cæſaris anni poſt geminum lunaris cycli numerum deſcribuntur, tum Auguſti poſt Cæſarem ab eiusdem conſulatu, hoc eſt à cal. Ianuarii, qui quartus fuit emendationis cęſ. annus, Atque Tiberii à die Octauii interitus (qui fuit decimonono Auguſti, anni Chriſti Domini decimi quinti labentis) per calendas Ianuarias ſubſequentes ad ſextilē decimiſexti eiusdē Chriſti. D. vt reliqui deinceps, perſeuerantes, atq; labentes adnotantur anni. Nec minus indictio Romana, quę aliás à Chriſti. D. natiuitate, vel à cal. Ianuarii ſubſequentibus vſualiter inchoatur, ab octauo cal. octob. ab Auguſto tum primum inſtituta, ibidem cum olympiade ſimul. 194. à vigeſimoquarto Septembris die anni trigeſimi noni imperii eiusdem, ad ſubſequentem adhuc & anni, & mēſis diem, veluti olympias quęlibet alia, ex græcorum ſententia, quin aſiaticorum potius, ab autumnali æquinotio, ſiue, vt aliis magis placet, ab æſtate ꝓxime accepta inchoatur.

Lr̄ę d. iuxta paul.	Anni Iu.cę	Lr̄ę d. emen Lucid.	cycl. penès Solaris.	Lr̄ę d. ordinarię	Aur. nūs Iu.cę.	Aur. nūs hebr.	Anni Imp Iu.cę.	Anni vrbis con	olymp piads græc.	Anni mundi
							1	706	1. 183	3914
							2	707	2	3915
c	1	b	21	b	1	11	3	708	3	3916
b	2	a	22	a	2	12	Interiit	709	4	3917
a g	3	g	23	g	3	13	vacat	710	1 184	3918
f	4	f e	24	f	4	14	Im. 1	711	2	3919
e	5	d	25	e d	5	15	2	712	3	3920
d c	6	c	26	c	6	16	3	713	4	3921
b	7	b a	27	b	7	17	4	714	1 185	3922
a	8	g	28	a	8	18	5	715	2	3923
g f	9	f	1	g f	9	19	6	716	3	3924
e	10	e d	2	e	10	1	7	717	4	3925
d	11	c	3	d	11	2	8	718	1 186	3926
c b	12	b	4	c	12	3	9	719	2	3927
a	13	a g	5	b a	13	4	10	720	3	3928
g	14	f	6	g	14	5	11	721	4	3929
f e	15	e	7	f	15	6	12	722	1 187	3930
d	16	d c	8	e	16	7	13	723	2	3931
c	17	b	9	d c	17	8	14	724	3	3932
b a	18	a	10	b	18	9	15	725	4	3933
g	19	g f	11	a	19	10	16	726	1 188	3934
f	20	e	12	g	1	11	17	727	2	3935
e d	21	d	13	f e	2	12	18	728	3	3936
c	22	c b	14	d	3	13	19	729	4	3937
b	23	a	15	c	4	14	20	730	1 189	3938
a g	24	g	16	b	5	15	21	731	2	393[illegible]
f	25	f e	17	a g	6	16	22	732	3	3940
e	26	d	18	f	7	17	23	733	4	3941
d c	27	c	19	e	8	18	24	734	1 190	3942
b	28	b a	20	d	9	19	25	735	2	3943
a	29	g	21	c b	10	1	26	736	3	3944
g f	20	f	22	a	11	2	27	737	4	3945
e	31	d e	23	g	12	3	28	738	1 191	3946
d	32	c	24	f	13	4	29	739	2	3947
c b	33	b	25	d o	14	5	30	740	3	2948
a	24	a g	26	c	15	6	31	741	4	3949
g	35	f	27	b	16	7	32	742	1 192	3950
f e	36	e	28	a	17	8	33	743	2	3951
d	37	d c	1	g f	18	9	34	744	3	3952
c	38	b	2	e	19	10	35	745	4	3953

Octauius Imperat.

Añi.

Lrę d. iuxta Paul.	Anni Iu.ce. Chri.		Lrę d. iuxta Io.Lu.	cycl. Solaris.	Lrę.d. ordinatie	Aur. nūs. eccle.	Aur. nūs. hebr.	Anni Imp. Oct.	indictio	Anni vrbis Rom.	olympiedes con: græç.	Anni mundi
b	39	7	a	3	d	14	11	36	hac p.A.	746	1.193	3954
a	40	6	g	4	c	15	12	37	ichoata	747	2	3955
g	41	5	f	5	ba	16	13	38	tot'orb	748	3	3956
f	42	4	e	6	g	17	14	39	is descri	749	4	3957
e	43	3	d	7	f	18	15	40	bit. 1	750	1.194	3958
d	44	2	c	8	e	19	16	41	2	751	2	3959
c	45	1§	b	9	dc	1	17	42	3	752	3	3960
b	46	1§	a	10	b	2	18	43	4	753	4	3961
a	47	2	g	11	a	3	19	44	5	754	1.195	3962
g	48	3	f	12	g	4	1	45	6	755	2	3963
fe	49	4	e	13	fe	5	1	46	7	756	3	3964
d	50	5	d	14	d	6	3	47	8	757	4	3965
c	51	6	c	15	c	7	4	48	9	758	1.196	3966
b	52	7	b	16	b	8	5	49	10	759	2	3967
ag	53	8	ag	17	ag	9	6	50	11	760	3	3968
f	54	9	f	18	f	10	7	51	12	761	4	3969
e		10	e	19	e	11	8	52	13	761	1.197	3970
d		11	d	20	d	12	9	53	14	763	2	3971
cb		12	cb	21	cb	13	10	54	15	764	3	3972
a		13	a	22	a	14	11	55	1	765	4	3973
g		14	g	23	g	15	12	56	2	766	1.198	3974
f		15	f	24	f	16	13	57	3	767	2	3975
ed		16	ed	25	ed	17	14	§ 1	4	768	3	3976
c		17	c	26	c	18	15	2	5	769	4	3977
b		18	b	27	b	19	16	3	6	770	1.199	3978
a		19	a	28	a	1	17	4	7	771	2	3979
gf		20	gf	1	gf	2	18	5	8	772	3	3980
e		21	e	2	e	3	19	6	9	773	4	3981
d		22	d	3	d	4	1	7	10	774	1.200	3982
c		23	c	4	c	5	2	8	11	775	2	3983
ba		24	ba	5	ba	6	3	9	12	776	3	3984
g		25	g	6	g	7	4	10	13	777	4	3985
f		26	f	7	f	8	5	11	14	778	1.201	3986
e		27	e	8	e	9	6	12	15	779	2	3987
dc		28	dc	9	dc	10	7	13	1	780	3	3988
b		29	b	10	b	11	8	14	2	781	4	3989
a	bapt.	30	a	11	a	12	9	15	3	782	1.202	3990
g		31	g	12	g	13	10	16	4	783	2	3991
fe		32	fe	13	fe	14	11	17	5	784	3	3992
d	pass.	33	d	14	d	15	12	18	6	785	4	3993

cōes ab Augusto instituti

Incarnationis & natiuitatis annus iuxta Dyonisiū, ac cōem vsū.

Incarnat. & nati. Añi à nāte asūpti

Tiberius Imperat.

Anni vero Vrbis tabulæ eædē aſcripti à.12.cal.maii,vigeſimo videlicet Aprilis die anni illius, cuius é regione ſcribuntur, ibidem emergentes, vt priores, per proprios annorum nu meros concernuntur. Demum vltimo tabulæ eiusdem ordi ne, anni ab orbe condito, parum ab hebræornm enumera tione, nusquàm tamen à veteri pagina, atque approbato rum chronographorum ſcriptis diſcrepantes, per Ioannem Lucidum Samothæum iam dictum, temporibus noſtris elu cidati, atque enucleatiſſime examinati deſcribuntur. Vbi le ctorem quemlibet præ cæteris admonendum hic duximus, vt cum præmiſſas modo hypotheſes, atque concluſio- nes has noſtras examinauerit, ſubſequentem mo do tabulæ huiuſce deſcriptionem præ oculis vſqueadeo habeat, nequando in ci- meriis tenebris, vel tanquàm oculis captus penitus e- uagari contingat.

TABVLAE SECVNDAE LVNATIONVM PASCHALIVM CHRISTI .D. TEMPESTATE PER ANNOS SEXAGINTA à natiuitatis anno deinceps exactos, Expositio.

PRIOR ante Christum.D. annus, quo Martio mense conceptus, atque eodemmet feré desinente, natus est idem Christus. D. cuique. B. litera irregulariter tamen,ob Romanorum sacerdotum incuriam, assignatur, priori hic lineari capite subsequentis tabulæ ascribitur. A quo vigesimoquinto Decembris, ipso inquam natiuitatis die,penès Tabellionum, atque ecclesiæ vsum annorum illius computus assumitur. Primus dehinc à natiuitate currens, & vsualis annus post Christum. D. natum,siue incarnationis,siue natiuitatis modo nuncupetur,sub A.extraordinem quoque,á cal.Ianuarii ex Numæ,ac Cæsaris instituto acceptus, secundæ lunæ tabulę eiusdemmet adnotatur. Subsequentes dehinc ad sexagesimum vsque eiusdem Christi.D.annum lineari itidem serie describuntur. Quartum autem eiusdem Domini annum communem cum Lucido, ut supra hypothesi secunda,rationabiliter quidem assignauimus; propterea citra intercalationis locum anni huiusce in coniunctionibus,&.oppositionibus mediis luminarium, atque annorum trium precedentium,vnitatem ab ipso dierum numero, quā aliás tabulæ Calēdarii nostri paschaliū canonū adiecimus,accuratius consulti detraximus.cū tamē ueluti in Alphonsi tabulis,ita in rotula dominicalium literarum Calendarii prædicti intercalarem diem unum quarto ipsi christi.D.anno, pro congruenti in futurum mensis cuiuslibet,& anni feriarū numeri indagatione,æque ac planetarū motuū cōputatione diebus singulis necessario, nedum opportune adiectum putamus. Post medias dehinc luminarium coniunctiones diebus mensium Martii & Aprilis ascriptas,horisque & minutis post meridiem ciuitatis sanctę Hierusalem astronomica, atque hebraica simul computatione adæquatas,tum legalis mensis dies prima,nec non usualis ex iudaica obseruatione á secunda templi instauratione citra penes ipsos iudicialiter custodita,cū proprio sigillatim feriarum numero adnotatur.Quam,post mediam luminarium oppositionem ibidem proxime ascriptam

tam, quintadecima luna mensis primi Nisan primusuè Azymorum dies (qui mox agni esum subsequitur) hrbræorum solemnitas Christi tempore per Gamalielis Tabulas, atque caldaicam suputationem inuiolabiliter tunc temporis, vt nunc quoque ab eisdem custodita, cum ipso feriarum numero subsequitur. Vbi quotiens luna prima legalis obseruationis vsualem in ipso dierum numero vnitate vel dualitate etiam præcedit, tunc & legalem paschæ diem tantumdem præcedere non mireris; Sic nanque à Christo.D.& discipulis anno eiusdem trigesimotertio labente, legaliter quidem obseruatū reperies, vbi sexta feria vigesimo tunc Martii dieneomenia legalis, at vigesimo primo, & sabbati die luna eadem prima, vsualis scilicet ascribitur, atque quintadecima sub septimę ferię titulo, siue sabbati die non minus, quàm, prima, vsualiter quoque continetur. Vnde Christo D.cum discipulis quartamdecimam feria quinta legaliter obseruante, Hebræi quartamdecimam a die Iouis in sextam feriam, & propterea paschalem solēnitatem, siue quintamdecimam lunam in sabbati lucem vsualiter distulerunt. Si quis autem medias modo dictas, atque inferius describendas luminarium coniunctiones, ipsasque lunares oppositiones per tabulas calendarii nostri, vel aliter astronomico calculo ad æquare voluerit, sic addita hora vna, ac minutis quinquagintaseptem (quæ est intercapedo Vrbis Romæ, ac meridiei ciuitatis sanctæ Hierusalem) diem insuper vnum diebus mensium in lunationibus ante quartum Christi Domini nostri annum bisextilem in tabulis suppositum adiiciat, discrepantiam etenim tunc nullam, nec in ipso quidem minutorum numero (dum rite supputauerit, nec manualis error incurrat) inueniet. Hoc tamen animaduerso lunam primā legalem, quæ vigesimotertio Martii die feria quarta lunationū tabulæ primū ascribitur, quæque ob aureū numerū Iulii Cæsaris priori ante Christum. D.anno, atque. 25. Martii Calendarii ipsius congruit, si modo ab ipso vigesimoquinto Martii per diem unum ex Iuliano calendario ob bissextum quarto Christi D.anno per tabulas, perperam tamen admisso, retroferatur; Sic a vigesimoquinto in vigesimum quartū Martii diē lunationē ipsā antea transferēdam; Qui tamen quartus Christi. D.annus cum verè cōmunis pertransierit, merito post vigesimūsecūdū mēsis eiusdē diē hor. 14.

minutis

minutis.40.subsequenti tabulæ ascribitur, cum iam noctis medium pertransiilet. Vnde luna prima mensis primi Christũ.D conceptũ verè apparet, quarta modo feria (vt prædiximus) media & æquali luminarium synodo post præcedentis noctis medium transacta, at vera & inæquali post meridiem diei ipsius.23.Marti contingenti, propterea neomeniã in.24.Iouis diem trãsferenti;atque sexta ideo feria post solis occubitum luna noua auratis cornibus (ęthero Sole subterris labente) apparuit;Atque vigesimoquinto mensis eiusdem die, sol alter è cœlo, diuino flamine conceptus, perfectior tamen atque nobilior in virginis vterum descendit. Cuius quidem generationis seriem in Euangelistarum concordiam Lucæ & Mathęi inferius placuit adnotare.

Tabula lunationū mſ Paſchalis per ãnos.60.Chrī.D.cū ☌ & ☍ mediis,

	Ante Chr̄m / post Chr̄m natū	Coniunctio ☉ ☽ Anni à natiuit.	Mēſes paſchales	Dies Menſis	Horæ poſt meri.	Minu. horarum	luna .1. legalis	numer⁹ feriarum	luna .1. Vſualis	numer⁹ Feriarum	Oppoſitio ☉ ☽ 15 ☽ heb. Mēſes paſchales	Dies Menſis	Horæ poſt meri.	Minu. horarum	Dies Menſis	numer⁹ Feriarum
B		1	Mar.	22	14	40	23	iiii	24	v	Apr.	6	9	2	7	v
A		1	Mar.	11	23	28	12	i	14	iii	Mar.	26	17	50	28	iii
G		2	Mar.	30	21	1	31	vii	A.1	i	Apr.	14	15	23	15	i
F		3	Mar.	20	5	50	21	v	21	v	Apr.	4	0	12	4	v
E		4	Mar.	9	14	38	10	ii	11	iii	Mar.	24	9	0	25	iii
D		5	Mar.	28	12	11	29	i	31	iii	Apr.	12	6	33	14	iii
C		6	Mar.	17	20	59	18	v	20	vii	Apr	1	15	22	3	vii
B		7	Mar.	7	5	48	8	iii	8	iii	Mar.	22	0	10	22	iii
A	G	8	Mar.	25	3	21	26	ii	27	iii	Apr.	8	21	43	10	iii
F		9	Mar.	14	12	9	15	vi	16	vii	Mar.	29	6	31	30	vii
E		10	Apr.	2	9	42	3	v	3	v	Apr.	17	4	4	17	v
D		11	Mar.	22	18	31	23	ii	24	iii	Apr.	6	12	53	7	iii
C	B	12	Mar.	11	3	19	12	vii	12	vii	Mar.	25	21	41	26	vii
A		13	Mar.	30	0	52	31	vi	A.1	vii	Apr.	13	19	14	15	vii
G		14	Mar.	19	9	41	20	iii	20	iii	Apr.	3	4	3	3	iii
F		15	Mar.	8	18	29	9	vii	9	vii	Mar.	23	12	51	23	vii
E	D	16	Mar.	26	16	2	27	vi	28	vii	Apr.	10	10	24	11	vii
C		17	Mar.	16	0	50	17	iiii	18	v	Mar.	30	19	12	A.1	v
B		18	Mar.	5	9	39	6	i	6	i	Mar.	20	4	1	20	ii
A		19	Mar.	24	7	12	25	vii	25	vii	Apr.	8	1	34	8	vii
G	F	20	Mar.	12	16	0	13	iiii	14	v	Mar.	27	10	22	28	v
E		21	Mar.	31	13	33	A.1	iii	1	iii	Apr.	15	7	55	15	iii
D		22	Mar.	20	22	22	21	vii	22	i	Apr.	4	16	44	5	i
C		23	Mar.	10	7	10	11	v	11	v	Mar	25	1	32	25	v
B	A	24	Mar.	28	4	43	29	iiii	30	v	Apr.	11	23	5	13	v
G		25	Mar.	17	13	31	18	A.i	20	iii	Apr.	1	7	53	3	iii
F		26	Mar.	6	22	20	7	v	9	vii	Mar.	21	16	42	23	vii
E		27	Mar.	25	19	53	26	iiii	27	v	Apr.	9	14	15	16	v
D	C	28	Mar.	14	4	41	15	ii	16	iii	Mar.	28	23	3	30	iii
B		29	Apr.	2	2	14	3	i	3	i	Apr.	16	20	35	17	i
A		30	Mar.	22	11	3	23	v	23	v	Apr.	6	5	25	6	v

cū gemina primę legalis.f.vsualis,atq;.15.lunatiōis eiusdē obseruatiōe,

		Coniunctio ☉ ☽									Oppositio ☉ ☽ 15 ☽ heb.					
		Anni	Mēses	Dies	Horæ	Minu.	Luna.1.	numer°	Luna.1.	numer°	Mēses	Dies	Horæ	Minu.	Dies	numer°
G		31	Mar.	11	19	51	12	ii	13	iii	Mar.	26	14	13	27	iii
F	E	32	Mar.	29	17	24	30	i	A.i	iii	Apr.	13	11	46	15	iii
D		33	Mar.	19	2	12	20	vi	21	vii	Apr.	2	20	34	4	vii
C		34	Mar.	8	11	1	9	iii	9	iii	Mar.	23	5	23	23	iii
B		35	Mar.	27	8	34	28	ii	29	iii	Apr.	11	2	56	12	iii
A	G	36	Mar.	15	17	22	16	vi	17	vii	Mar.	30	11	44	31	vii
F		37	Mar.	5	2	11	6	iiii	17	v	Mar.	19	20	33	21	v
E		38	Mar.	23	23	44	24	ii	25	iii	Apr.	7	18	6	8	iii
D		39	Mar.	13	8	32	14	vii	14	vii	Mar.	28	2	54	28	vii
C	B	40	Mar.	31	6	5	A.i	vi	2	vii	Apr.	15	0	27	16	vii
A		41	Mar.	20	14	53	21	iii	21	iii	Apr.	4	9	16	4	iii
G		42	Mar.	9	23	42	10	vii	11	i	Mar.	24	18	4	25	i
F		43	Mar.	28	21	15	29	vi	30	vii	Apr.	12	15	37	13	vii
E	D	44	Mar.	17	6	3	18	iiii	19	v	Apr.	1	0	25	2	v
C		45	Mar.	6	14	52	7	i	9	iii	Mar.	21	9	14	23	iii
B		46	Mar.	25	12	25	26	vii	26	vii	Apr.	9	6	47	9	vii
A		47	Mar.	14	21	13	15	iiii	16	v	Mar.	29	15	35	30	v
G	F	48	Apr.	1	18	46	2	iii	2	iii	Apr.	16	13	8	16	iii
E		49	Mar.	22	3	35	23	i	23	i	Apr.	5	21	57	6	i
D		50	Mar.	11	12	23	12	v	12	v	Mar.	26	6	45	26	v
C		51	Mar.	30	9	56	31	iiii	A.i	v	Apr.	14	4	18	15	v
B	A	52	Mar.	18	18	44	19	i	21	iii	Apr.	2	13	6	4	iii
G		53	Mar.	8	3	33	9	vi	10	vii	Mar.	22	21	55	24	vii
F		54	Mar.	27	1	6	28	v	28	v	Apr.	10	19	28	11	v
E		55	Mar.	16	9	54	17	ii	18	iii	Mar.	31	4	16	A.i	iii
D	C	56	Mar.	4	18	43	5	vi	6	vii	Mar.	19	13	5	20	vii
B		57	Mar.	23	16	16	24	v	24	v	Apr.	7	10	38	7	v
A		58	Mar.	13	1	4	14	iii	14	iii	Mar.	27	19	27	28	iii
G		59	Mar.	31	22	37	A.1	i	3	iii	Apr.	15	16	59	17	iii
F		60	Mar.	20	7	15	21	vi	22	vii	Apr.	4	1	47	5	vii
		à natiuit.	paschales	Mensis	post meri.	horarum	legalis	feriarum	Vsualis	Feriarum	paschales	Mensis	post me.	horarum.	Mensis	Feriarum

GENERATIO IESV CHRISTI FILII DAVID.

EX MATTHEO

1 Salomon
2 Roboan
3 Abias
4 Asa
5 Iosaphat
6 Ioram
Ochozias
Ioas
Amasias
7 Ozias
8 Ioatan
9 Achaz
10 Exechias
11 Manasses
12 Amon
13 Iosias
Ioakaz
14 Iechonias
1 Iechonias
2 Salatiel
3 Zorobabel
4 Abiud

In hac Christi. D. Geneologia quatuor consideranda sunt, Primo Matthæum Euangelistam reges tres videlicet Ochoziam, Ioam, & Amasiam, aliàs inter regni, ac dauidis successores ex Salomonis prosapia connumeratos, non immerito tamen omisisse. Secundo quòd à Ioa vsque ad Zorobabelem ex Mattheo, item à Simeone ex Luca ad Zorobabelem quatuordecim vtrinque computatos, aliqui inter quos Philo hebræus, Gregorius Nazanzenus, & alii, eosdem numero astruunt, singulos binomines, ac trinomines etiam supponentes, putanque ipsos ex Nathani linea, cum susequentibus hinc inde vsque ad Christum Dominum non ex Salomonis semine progenitos. Tertio quòd cum Ioacham absque liberis (vt infra, vbi de Iosiæ filiis agetur) decesserit ipsum à Mattheo idcirco implicite saltem, omissum.

Ioakaz: Hic ad regale sceptrum tantum attinet

Iechonias: Iosiæ filius

Iechonias: Iosiæ nepos

Quarto & vltimo notandum est, quòd quamuis dici possit penès asserentes duos fuisse Salathieles, totidemque Zorobabeles ex duobus Ieconia ac Neri patribus, Tertium de hinc ponendum esse ex Phedaia genitum,

EX LVCA

42 Natam
41 Mattatha
40 Menna
39 Melca
38 Heliachim
37 Iona
36 Ioseph
35 Iudas
34 Simeon
33 Levi
32 Mathat
31 Iorin
30 Heliezer
29 Iesv
28 Her
27 Helmadan
26 Cosan
25 Addi
24 Melchi
23 Neri
22 Salatiel
21 Zorobabel
20 Rhesa

Salathielis fratrem, primo para. 3. 19 IOANNA
5 HELIACHIM Dicendum tamen iuxta B. Hiero-
nymum in quest. veteris testamen- 18 IVDA
ti, hos decipi; Atque Salathielē, &
Phedaiam vnum atque eundem nu- 17 IOSEPH
mero virum, Zorobabelis patrem,
6 AZOR qui & Assir. id est carceratus dictus 16 SEMEI
fuit, propterea non tres ponendos 15 MATTHATHIAS
esse zorobabeles, sed duos, vel vnū
7 SADOCH tantum (penés Philonem, & Anniū) 14 MAATH
Abiudi, siue Ananię, ac Rhesę, seu
Misciolami patrem ex Nathani, non 13 NAGGE
8 ACIM Salomonis linea genitum. Ex quo
conuinciuntur negantes multipli- 12 HELSI
cem virorum cognominationem,
9 ELIVD tanquam nō celebratissimam in ve- 11 NAVM
teri, ac noua ēt pagina, vt Barachię
ī euāgelio, qui & Ioiadas, nec nō sa- 10 AMOS
le, qui & caynam dicebatur. Quan-
10 ELEAZAR tum vero ad nathani lineam dicen- 9 MATTHATHIAS
dum est Philonis, atq; Anni scripta
nō incongrue forsan diuinę paginæ
accommodari, ni 1. par. 3. scriptum
fuisset, Ioram genuit Ochoziam, ex 8 IOSEPH
11 MATTHAN quo ortus est Ioas: quandoquidem
verbum genuit, atque ortus est de- 7 IANNE
scensum per rectam, non collatera-
lem lineam denotet, quamuis .n. pa- 6 MELCHI
trueles duo aliquando dicāt frēs, at
12 IACOB q; vtriusq; patrui nepotes, nō tamē 5 LEVI
ex vno patre geniti, aut ex patruo
natus vteruis dicetur; licet ex auo 4 MATTHAT
13 IOSEPH vel attauo etiam ambo, vel plures
etiam orti vel geniti dicantur, vt in 3 HELI
CHRISTVS hac Mathęi geneologia multoties 2 IOSEPH MARIA CHRISTVS
apparet. Quare nō illud temere dif-
finiendū puto; cum maxime parū
quidē referat ad chri geneologiā,
vtrauis positio teneat, quādoquidē
neutra Helih Ioachin Marię patrē
redarguit.

ANIMADVERTENDVM Est vlterius tres omnino ponendos esse Iechonias binomios, vel trinomios etiam, non tamen sub Addi, vel Melchi, aut Neri nomine (quod clare constet) ex Iosiæ linea progenitos; Quorum primus Ioacham, qui. 3. Esdræ cap. primo Iechonias, atque Hiere. 22. sub sellum nomine in Regem pro Iosia patre, Iohana fratre morte præuento, à populo primum assumptus est, Atque exinde in ægiptum ductus mortuus est. 4. regum. 23. Qui cum neutiquam ad Christi genealogiam, sed ad regalem successionem tantum, cum absque liberis decesserit, à Matthæo implicite saltem omittitur. Secundus hinc ideo ponendus est, qui à Hiere. in ecclesiastica historia, & aliis cum Matthæo Iechonias, & Heliacim, ac Ioakim simul. 4. reg. 23. nuncupatur. Verum cum iste, qui in Hierusalem ante transmigrationem obierat, minime Salathielem post transmigrationem ipsam generare potuerit, Tertius adhuc connumerandus extat, prædicti Ioacim, siue Eliachim filius, ac Iosiæ nepos; Qui. 4. regum. 24. Ioachin, atque primo parali. 3. & alibi, Iechonias, vt hic à Matthæo secũdo loco positus nominatur; de quo, & verè quidem Hiere. 22. scriptum est, nullum amplius ex progenie ipsius Dauidis regis solium possessurum; defuncto nanque patre, cùm mensibus tribus regnasset, Sedechia siue Matthathia patruo, vltimo Iosiæ filio, pro eo demmet substituto, cum matre, & vxore annos decemocto natus in Babilone ductus, ac regno cum posteris priuatus, longo dehinc tempore moratus Salathielem, & fratres alios, genuit. Fuit ergo alius hic Iechonias à priori, hic scilicet secundo loco à Matthæo positus Iosiæ nepos, atque ille filius; Secus etenim non essent quaterdenæ generationes singulæ completæ; Cum partes quantitatis discretæ nusquàm ad cummunem terminum copulentur, quod in præmissis quidem tesseris ab Euangelista Matthæo obseruatum videmus. Contra vero communem legalis, ac naturalis patris Iosephi Mariæ sponsi, posituram Imprimis est; Quòd fratres, duos saltem ex Iosephi ipsius præcessoribus vterinos supponit, quod neutiquam tamen ex sacris literis habetur. Verum adhuc quo pacto Helih & Iacob diuersorum, vt patet, progenitorum filii, ac nihil penè, ni longo tantum agnationis vinculo inter se attinentium, ex eademmet licet matre geniti, communem in eadem domo habitationem habuerunt,

vel quomodo Ioſeph habitus extranei penè Helih patris filius, alienam illius hæreditatem poſſederit? cuius Ioſephi naturalis pater Iacob ab ipſo quidem Helih extra omnem penè fuerat ex paterno latere conſanguinitatis gradum, quam bonorum communitas, & habitationis vnitas conſequitur. Quòd. 25. Deut. præſertim ſacra intendit pagina, vt fratres ii duo commune ſimul habeant domicilium, & ſic vnius ſint & eiuſdem progenitoris filii; ad hoc vt naturali patre genitus defuncti quidem patrui & nominis, ac bonorum hæreditatem, vltra legalis filiationis titulum adipiſcatur. Quòd ſi ita, vbi hæc in extraneis penè Helih & Iacob Ioſephi patribus apparent? Verum ſiquis tamen Mathat, & Mathan, non minus quàm Helih et Iacob fratres vterinos, adhuc æque putarit, ſiue etiam, parum quidem diſceptantibus amborum nominibus, vnum & eundem numero, nec duos Mathat, & Matthan fuiſſe affirmarit, atque ita Helih, & Iacobum fratres vtrinque coniunctos, atque vnico, non duobus exinde naturali patre genitos exiſtimauerit; Hoc minime conceditur; quandoquidem vnus ex Leui genitus, atque alter Matthan ſcilicet Eleazari filius deſcribitur. Nemo enim ex duobus naturalibus patribus naſcitur; quòd ſi modo de legali, & naturali horum fraternitate, & paternitate dici poſſe arbitretur, id erit Helih & Iacobi adhuc fraternitatem repetere, Et ſic ad auos, attauos, & proauos, ſiue etiam vſque ad Salomonem, & Nathanum, vel ad Rheſan, & Abiud fratres ſaltem ſuppoſitos procedemus, cohabitatores omnes, atque vterinos itidem ſingulos confingentes. Quòd ſi non vterini, minus fratres vtrinque coniuncti Mathat, & Matthan, neque prædeceſſores eorum; quinimo progenitores ipſorum aui, atque attaui diuerſi, & nomine, & numero deſcribuntur; propterea Helih & Iacob modo aliquo fratres legaliter, vel naturaliter dici non poterunt. Quin potius veritatem ipſam denique amplectentes (deſcendentes licet ambo prædicti, ſiue ex Nathani vnus, atque ex Salomonis proſapia alter, ſiue vterque etiam ex Nathani, ac Salathielis, atque Zorobabelis vnius linea penès Philonem hebræum, & ſic ex Reſæ Helih, atque alter ex Abiudi progenie Ioſeph fuerint) ipſos tamen per longam amborum propaginem deſcendendo attinentes penè inueniemus. Secundo accedit adhuc, quòd parum quidem pro

fuiſſet

fuisset Euagelistas ambos Iosephi tantum, nec Mariæ progeniem descripsisse (quod positio prior intendit) quæ nusquam tamen (vt diximus ex veteri pagina habetur; neque enim ex hac mater Christi, ex qua tantum natus est Iesus secundum Carnem absque vllo Iosephi semine) ex tribu Iuda conuinceretur; Cùm tam quælibet ex leui mulier, quàm ex quauis alia tribu genita (paternæ tamen hæreditatis immunis) præter quoque veteris legis iniuriam alieno cuique, nec consanguineo tantum, nubere potuerit; Quód de Iosaba Ioram regis filia.4. regi.11.atque ét.2. para.22.perspicue cõstat; nec minus hoc ex Mariæ virginis,atque Helisabet cognatione depræhenditur. Ex quibus Euangelistarum alterum, Matthæum scilicet,Iosephi prosapiã per Salomonis magis attamẽ,quàm per Nathani lineã(quod sacræ quadrat paginæ (Maria verum alterum Christi matris progeniẽ ex Helih,siue vsitato nomine Ioachim,per ipsius Nathani descensum,Euangelistam Lucam descripsisse,rationabilius asserendum censetur, & si Salathieles duos,& totidem modo Zorobabeles,vel tres etiam,ex diuersis tamen progenitoribus ortos contentiamus, quod eisdem quoque, nedum diuersis extitisse temporibus non inconuenit, eo maxime vt babilonicæ modo liberationis (quod Zorobabelis nomen indicat) sæpius exinde repeteretur commemoratio. Propterea Euangelista Lucas demum de Adamo dicturus, qui Dei fuit, idcirco non naturalem tantum, quàm legitimam filiationis & adoptionis seriem prosecuturus, non Iosephum Helih filium, sed qui Helih fuit, hoc tantum insinuat; vt sic de socero, & coniogali patre (qui & soceri simul, & patris vicem gerit) suauiter quidem interpratari queat; Cùm Helih Heliachim, & Ioachim parum, vel nihil heb raico sermone differentes,apud syros & ægyptios à neotericis,& antiquis, vt à Philone, & aliis adhuc, synomina quidem astruantur; Atque alter, Mattheus scilicet, Iacob Iosephum quidem Mariæ virum genuisse testetur. Sic nanque Christus Dominus ex Maria per Nathani lineam ex patre luminum (cuius quidem Iosephus putatiuus pater, & Maria vere parens huic fuerat (vterque etiam ex semine Dauidis) humano coassumpto corpore, & spiritu sancto cooperante, in Virginis vterum descendisse depræhenditur.

Hęc tum ex breuiario Philonis hebræi, Petri galatini, Ioanne Annio, ac Driedone, nec non magiſtro ſacræ Theologię Roberto Gouilet doctore Pariſienſi in eiusdem compendii additionibus, ſuper Ioſephi libros, & Io. Gagnęio, Lucido quoque Samothęo, tùm ex ſacræ paginæ lectione collecta. Quòd verò plures generationes in Luca.42. videlicet, vſque ad Dauidem; atque vigintiocto tantum in Matthęo reperiantur, dicendum cum nihil ex ſacris literis de Matthæi geneologia à Zorobabele ad Ioſeph Mariæ ſponſum exploratum habeamus, quòd hoc ſcit Spiritus idem ſanctus, quo dictante Euangeliſtæ quatuor ſcripſerunt; vel, ſi fari licet, quia breuioris hi vitæ, quàm illi fuerint; vel quia vt in priori teſſera reges tres omisſit Matthæus, ſic in vltima non nullos forte ratione eadem, vel potius nè quartumdecimum excederet in quaterdenis numerum, ex myſterio reliquit. Qua de re. B. Auguſtinum, Hieronymum, & Alphonſum Toſtatum ſuper. I. Matthæi legito.

IMPROBATIO VLTIMA CONTRA Latinorum plurium (Lucæ Gaurici præſertim) ſententiam, Chriſtum. D. octauo cal. Apriles, atque Grecorum etiam decimo cal. eiusdẽ Crucis patibulo affixũ aſſerentiũ.

POSTQVAM erroris noſtri anſam aperuimus, atque Epiſcopi Foroſempronienſis Pauli ſententiã circa Paſſionis dominicæ diem, & noſtram infirmam pariter redarguimus, impoſita his coronide, pro vmbilico inquam retractationis noſtræ, viſum modo eſt multorum ſententiam eliminare; Qui beati cyrilli, chriſoſtomi,& Auguſtini dictis nimium confiſi (in his inquam, quæ fidei non inhærent) quod illi abſque vlla probatione, ſed recitatiue tantum retulerunt, (Chriſtum. D. videlicet octauo cal. Apriles paſſum) præter tamen omne probabilitatis argumentum, aſſerere nõ dubitarunt. Inter quos Lucas Gauricus dudũ temporibus noſtris uates celeberrimus, modo autem Epiſcopus Reuerendiſſimus libro prædictionum luminarium ecclypſium (ſi modo ſua eſt editio) quæ nunc ad manus noſtras peruenit, illud idem, minus tamen probabiliter, vt reliqui etiam ſenſiſſe videtur. Pro cuius quidẽ exorbitationis redargutione aliqua hic modo examinanda proponimus. Quæ ſunt, primo Chriſti. D. currentium & vſualium, vitæque ipſius, quibus in humanis vixit, annorum ſingulorum computatio. Secundo feriæ vigeſimiquinti Martii diei anni illius, quo eundem Chriſtum. D. paſſum tradunt, contingentia. Tertio lunæ ętas, ſiue quintędecimæ tunc paſchalis iudæorum celebrationis obſeruatio. Quarto & vltimo rationibus prædictorum congrua reſponſio; tum multorum authoritas Chriſtum. D. tertio Aprilis die paſſum aſſerentium. Imprimis ergo ſciendum eſt alium eſſe annum communem, & vſualem, qui à primo anni exordio iuxta diuerſas mundi nationes, vt penes Romanos à cal. Ianuarii, ſecundum Græcos à Thiſrim menſe, qui Septembri, & Octobri Romanorũ correſpondet, inchoatur. Alium emergentem, qui ab aliquo initio, non vſualis anni, aſſumpto primordio, in eundem deſinit diem, qui annuam ſolis reuerſionem, ſiue menſes duodecim ex noſtratibus complet. Sic anni Pontificum, & Imperatorũ ab ipſo Pōtificatus.

catus,& imperii die labentes, atq; emergentes iuxta chrono graphorum omnium aſſuetudinem computantur. Et quia Chriſtus. D. eodemmet vſuali anno, quo conceptus, eodem quoq; Romanorũ anno natus eſt; Ideo primus hic vſualium annorum (ſiue natiuitatis,ſiue incarnationis modo nuncupatus ſit) poſt Dionyſium Romanum Abbatem computationis huiuſce authorem,latinorum more à cal. Ian̄. ſub decimo ſolaris cycli, ac.B. dn̄icali litera vſualiter cœptus eſt enumerari annus. Quibus vero placuit (vt Anglicis,& Gallis,& Italicis aliquibus)ipſum incarnationis diem,ac menſem obſeruare,hi cum Dionyſio Chriſtum. D.25. Martii,non ſecus quàm alii, conceptum, atq; totidem Decembris diebus anni eiuſdem natum ſupponētes,ab ipſo quoq; incarnationis die, vel menſe emergentis anni initium ſtatuere, à Romanis & latinis, cæterisq; à cal. Ian̄. vſualium annorum exordium obſeruantibus, per menſes anni ſingulos Ianuarium, ac Februarium in ipſo annorum numero vnitate deficientes. Sicq; arbitratum eſt, quòd circuncisio Dn̄i facta tunc fuerit anno ſecũdo Chriſti.D. ac cęſaris.47.ineũtibus(cal. videlicet Ianuarii diebus octo poſt Chriſtũ.D.natum inchoãtib⁹)primo tamē ab incarnatione emergenti vſque ad ſubſequentem Martii diem perſeuerante ãno,pręmiſſis .ſ. diebus octo à natiuitate ad circunciſioné pro integro,ac primo natiuitatis anno (cui .B. litera ſub. 10. cycli,ordinarie quidem competerat) acceptis. Ex quibus Reuer.Petrus de Aliaco Cardinalis cameracenſis quęſtionem hanc ſoluit de poſtergatioue mēſium duorum in ipſo annorum numero Chriſti. D. penes incarnationis annos obſeruantes; non quòd ii ab incarnatione perfectos,& exactos contra chronographorum aſſuetudinem enumerent,verum quia emergentes hi ab incarnatione, illi autē à cal.Ian̄. vſuales obſeruent annos. Alii vero (& rectius quidem) Chriſtum.D. anno citius natũ, quàm Dionyſius,& alii deinceps arbitrati ſunt,obſeruantes,Anno videlicet,cui tres ex indictionali, nouéq; ex ſolari cyclo concurrunt, emergentes ab ipſo natiuitatis die, vel à cal. Ianuarii Romanorum more, natiuitatis & vitæ Chriſti annos pari annorum numero cum vſualibus concurrentes enumerant, quemadmodum tabellionum vſus reliquos eſt etiã computare annos, nec nō Aſtronomorum plures planetarum loca Natalis diei Chriſti D. ſupputantes, à cal. Ian̄. primi in numero annorũ Dn̄i vſu

alium

aliũ per dies ſeptẽ retrocedunt, incarnationis ſiquidẽ annis per menſes duos Ian. ac Febr. præueniẽtibus modo. Vbi aduertẽdum eſt, cõputiſtas priori, ac præcedẽti anno Chriſtum D. natũ, & conceptũ ſub nono videlicet ſolaris cycli numero penès notariorũ, atq; eccleſiæ vsũ, & verè quidẽ, aſtruẽtes, in ipsa literarũ dñicaliũ diſtributione decipi, dũ annũ hunc biſſextilẽ efficientes. D.C. literas eidẽ attribuũt; Nam ſic Chriſtus. D. non die Veneris, ſed Iouis conceptus, nec dñica, quum ſabbati die natus fuiſſet; ni ſecus contra eccleſiæ vsũ, ſubſequẽtẽ modo noctẽ præcedẽti diei annectent; ecclesia siquidẽ ècõtra Chrm.D. præcedenti nocte vigeſimũquintũ Decẽbris diẽ natũ obſeruat. Vnde anno huic rectius. B. litera, nono licet currente tunc ſolari cyclo, vt ante hipoteſi. 3. extra ordinẽ tñ, aſſignatur. Ex præmiſſis igitur iam ſatis quidẽ innoteſcit, quonã modo tã incarnationis, & natiuitatis, q̃ ætatis, & vitæ Chriſti. D. diuerſimode enumerẽtur anni. Qui enim primo annorũ vſualium, ſub. B. litera, ac decimo ſolaris cycli cõceptum eundẽ, & natum ſupponunt (velut cõmunis ferme extat opinio) hi in cõnumeratione annorũ vitæ ipſius vnitatem quotannis ab vſualibus ſurripiunt. Ex quo anno ſecundo eiusdem ſub. A. litera, atq; decimoprimo ſolaris cycli, vigeſimoquinto decẽb. die annũ integrũ, tertio dehinc ſecundũ; quartoq; tertium, atque ita reliquos deinceps ætatis ipſius annos cõpletos, vnitate tñ ab vſualibus deficiẽtes enumerãt. Ita Petrus camaraceñ. prædictus, ſic Paulus Foro. Epus, Rogerius Bachon, & Ioãnes de muris, sic cæteri ferè poſt Dionisyũ obſeruant. Vnde trigeſimũſecundũ ætatis eiusdẽ Chriſti. D. annũ. 25. Decẽb. trigesimotertio vſuali cõplectũ, vt reliquos, deinceps enumerant. Qui vero annos à natiuitate per dies octo ante cal. Ian. primi inquã in numero vſualiũ obſeruant, Chriſtũ. D. priori anno ſub nono ſolaris cycli, vt prædiximus, conceptum, & natum aſſeuerant; hi, & recte quidem, ætatis eiusdem annos cum vſualibus pari annorum numero cõcurrentes obſeruant; Sicque vigeſimoquinto Decẽbr anni primi vſualis Chriſti. D. ſub decimo ſolaris cycli, atque ideo. B. eidem ordinarie competenti. A. licet extra ordinem dicta de cauſa concurrenti, primum quoque ætatis illius completum, sic ſecundo ſecundum, tertio tertium, atque ita reliquos ætatis Chriſti. D. ãnos quolibet. 25. Decẽb. die cũ vſualibus exactos enumerant. Cùm autem Gauricus tractatu,

quo

quo ſupra Chriſtum. D. vigeſimoquinto Martii feria ſexta conceptum, atque dominica die. 25. Decembris circa mediam noctem, quæ ſabbati diem. 24. ſcilicet ſequebatur, cũ Dionyſio natum aſtruat, anno ſcilicet cui æque ac. 1457. &. 1485. B. literam tribuit; atque ſubſequentibus deinde cal. Ianua. mutata. B. lrã in. A. quæ ſecundo vſuali, ac primo, penès ipm, & alios prædictos, vitæ Chriſti. D. ipſius anno deſeruit, circũciſus tunc fuerit puer ipſe Ieſus; Ex quo annos trigintatres vltra menſes tres perfectos Chriſtum. D. egiſſet tradit, quando vigeſimoquinto Martii die mortem ſubierit, anno videlicet trigeſimoquarto labente, quem ille ad annos confert. 1491. atque. 1519. B. itidem dominicali litera vbilibet concurrenti; Ex his apparet penès ipſum Gauricum Chriſtum. D. ſub decimo ſolaris cycli, atque in fine anni primi currentium, & vſualium natum; nec propterea cum de vſuali anno paſſionis illius trigeſimoquarto labente agit (cui. C. litera ſub. 15. ſolari cyclo aſcribitur) verũ de anno ætatis. 34. eiuſdem emergenti locutum fuiſſe, qui ſic à Decembri anñi trigeſimiquarti inchoans, in trigeſimumquintum vſualem octauo itidem cal. Iañ. terminarat; Et ſic verè tunc dominicalis litera. B. iuxta ſexdecim ſolaris cycli numerum, anno hoc. 34. vitæ Chriſti. D. labenti, non minus quàm annis. 1491. &. 1519. penès ipſum Gauricum concurriſſet, trigeſimoquinto tamen ex vſu voluente anno; ſecus trigeſimumquartum vſualem labentem annum pro paſſione dominica ſupponendo, tunc ſic completo tantum trigeſimo ſecundo vitæ ipſius, atq; ita trigeſimotertio, non trigeſimoquarto inchoante anno, nec die Veneris tamen, immolatus quippe fuiſſet Chriſtus. D. quemadmodum ab octauo cal. Iañ. anni primi vſualis ſub decimo ſolaris cycli, ac. B. litera ad vigeſimumquintum Martii diem anni trigeſimiquinti vſualis ſub. C. dominicali litera, vel cæco etiã (vt dicũt) luce clarius conſtare poterit. Præmiſſa ergo de trigeſimoquinto vſuali, ac trigeſimoquarto ætatis Chriſti D. pro vno & eodemmet numero ſimul indifferẽter accepto, congrue ſatis verificari viderentur, ni ſecus modo obſtarent alia; pleniluniũ pręſertim, quod paſſionis anno ab eodẽ Gaurico contigiſſe traditur circa occaſum ſolis die vigeſimotertio Martii feria tertia, dũ inciperet vigeſimus quartus Mercurii dies (diem ab occaſus Solis ſcilicet auſpicãdo) quod tribus quidem diebus, minus horis ſex, Chriſti. D. mortem pręueniſſe

uenille

venisse narrat;quodque anno Dñi trigesimoquarto, non autem trigesimoquinto vsualiter computato, ex feria quarta siue Mercurii die,atq; dominicali litera. c. non. B. sub quintodecimo solari cyclo concurrenti tunc, proculdubio euenisse depræhenditur; Ex quo prædicta annorum christi. D. dissonantia ex gemina dominicalium literarum modo. B. modo c. ex Gaurici ipsius positione,variaque feriarum,atq; ambigua annorũ chri.D. cõnumeratione, soluenda nõ minus quidẽ extat; quã tñ Gauricus ipse ex imaginaria mundi,ac cæsaris, christiq; simul annorum annotatione solutã putauit, qua christũ.D.anno mundi intercalari: 5200. ac cæsaris. 45. sub. B. A. literis conceptum,& natum asserens,annũ primũ vitæ christi. D. post bisextilem ilicet subsequentem, ac mundi: 5201. primoq; simul vsualiũ annorũ accõmodauit;ex quo 25. Decembris trigesimitertii vsualis anni trigintatres perfecti uitę christi, atq; usuales totidẽ æque ferè defluxerint, sicque trigesimoquarto usualium ãnorum,ac uitę ipsius uoluente anno,mortẽ crucis ultrò subierit christus. D.Verũ ex hac Gaurici positione. B A. priori eiusdem.D.statuẽtis anno,minime quidẽ habet christũ .D.feria sexta conceptũ,atq; dñica die natũ,cũ. B. ante festũ.s. Matthiæ tantũ,atq;. A. deinceps per anni reliquũ penès literarũ seriẽ anno ipsi debuisset; Vltra etiam,quòd neq; literę eędẽ sub nono solaris cycli anno eodẽ haud aliter cõcurrunt,q̃.B.trigesimoquarto Christi.D. sub qntodecimo cycli eiusdẽ numero minime cõgruit;Quòd esto ẽt;quo mõ Mercurii die.24. Martii pleniluniũm cõtigit? quod alias ferię tertiæ,atq;.23.mẽsis eiusdem tribuit; Et si mõ mercurii dies eadẽ.24 ut alibi,& uere quidẽ,occurrit,cui uigesim'quint' penes illũ,Iouisq; dies successit, quomõdies hic,quinta existenti feria,pro passione idoneus cẽseri tũc potuit? cuiusmodi quidem rei ueritas ex ipso etiam solari cyclo, ac dñicalibus literis pro hic modo dictis, atque inferius exinde dicendis, sequenti exinde tabula descriptis, luce clarius innotescet,singulis quidẽ pari solaris cycli numero per uigintiocto correspondentibus annorũ numeris; In quibus et si in ipso conceptionis, ac natiuitatis anno,penès ecclesię, ac tabellionum usũ pręuenientes, ipsi nos Gaurico conuenimus, in ipsa tñ dominicalium literarum serie, tã natiuitatis, quàm passionis,ab eodẽ discordamus,suãq; ipsius positionę annis ipsis. B. literam statuentis omnino refellimus.

Tabula

TABVLA SOLARIS CYCLI, AC LITERARVM DOMINICALIVM CHRISTI D. ANNORVMQ; VSVALIVM A NATIVItate, siue etiam incarnationis anno ad. 55. vſque, & alios dehinc per 28. æquidiſtantes annos,

Anni	Chriſti	Dñi	Cycl'	Sola.	Anni	Chriſti	Dñi
1456	1484	0	9	d c	28	1512	1540
1457	1485	1	10	b	29	1513	1541
1458	1486	2	11	a	30	1514	1542
1459	1487	3	12	g	31	1515	1543
1460	1488	4	13	f e	32	1516	1544
1461	1489	5	14	d	33	1517	1545
1462	1490	6	15	c	34	1518	1546
1463	1491	7	16	b	35	1519	1547
1464	1492	8	17	a g	36	1520	1548
1465	1493	9	18	f	37	1521	1549
1466	1494	10	19	e	38	1522	1550
1467	1495	11	20	d	39	1523	1551
1468	1496	12	21	c b	40	1524	1552
1469	1497	13	22	a	41	1525	1553
1470	1498	14	23	g	42	1526	1554
1471	1499	15	24	f	43	1527	1555
1472	1500	16	25	e d	44	1528	1556
1473	1501	17	26	c	45	1529	1557
1474	1502	18	27	b	46	1530	1558
1475	1503	19	28	a	47	1531	1559
1476	1504	20	1	g f	48	1532	1560
1477	1505	21	2	e	49	1533	1561
1478	1506	22	3	d	50	1534	1562
1479	1507	23	4	c	51	1535	1563
1480	1508	24	5	b a	52	1536	1564
1481	1509	25	6	g	53	1537	1565
1482	1510	26	7	f	54	1538	1566
1483	1511	27	8	e	55	1539	1567

SECVNDO notandũ est pro vigesimiquinti Martii tã incarnationis, quàm passionis diei, ac feriç ipsius indagatione, nusquam penès Romanos ethnicos, siue etiã catholicos Romanæ ecclesiæ scriptores vllã post Octauii emendationẽ, (de qua supra hypotesi secunda) siue vllam post quartum Christi D. annũ in vsualibus mutationẽ,nec ab exteris etiam memoriæ traditã,minus adhuc seruatã inueniri. Veruntamẽ Gauricus prætermissa etiam Romanorum sacerdotum exorbitatione in annis. 36. vt antea dictum est,perpetrata,quaternos quosq; tam supra Christum. D. annos,q̃ postea.bissextiles ternis quibuslibet cõmunibus interiectis, tabella propria adnotauit,quartũ ante Christum.D.nõ quintũ,vt decuit (quod Paulus Episcopus Foro.nec temere quidem obseruauit)intercalarẽ ex ordine assignando. Nã qui quartus à natiuitate communiter numeratur,quintus verè tamẽ ante Christum. D. computandus extat annus, secus nõ à bissextili,sed à cõi ãnorum dñi cõputatione exordiri necessum fuisset,cum tñ apud cõputistas omnes à bissextili ãno ante chr̃m. D. atq; à cõi post ip̃m(siue priori ẽt,siue subsequenti mõ nat⁹fuerit) cõputationis eiusdẽ sumatur exordium. Stante igitur anno rum hac vsualium post Christũ. D. natum regulari obseruatione,notũ est quibuslibet cõibus vnicã dñicalẽ lrã,ac duplicẽ bissextilibus contra alphabeti seriẽ, singulis videlicet. 28. vel vnicam,vel geminã assignari;vnde habito, exẽpli gratia, nouẽ solaris cycli,atq;. D.C. literis anno dudũ elapso. 1540. nõ minus anno priori ante Chr̃m. D. (intercalari ex ordine præsupposito)quàm annis. 1456. 1484. atq;. 1512. ac reliquis sub eodem solari cyclo tantumdem distantibus, easdemmet dominicales literas regulariter quidem inseruientes deputabis. Haud secus habito trigesimoquarto Christi. D. anno, atque quintodecimo solaris cycli numero. C. dominicalẽ literam anno huic,æque ac. 1462. 1490. atque 1518. 1546. ac reliquis omnibus,& singulis sub eodemmet. 15. solari cyclo inseruientẽ ascribes. Quod tu practice, ac regulari norma hoc pacto experiere. Si nouem etenim solaris cycli numerum, qui primum vsualium annorum Christi. D. præcesserat, propositorum annorum numero, vt trigesimoquarto Christi. D. adieceris, collectumque numerum, quadragintatres videlicet,per vigintiocto impertieris, in reliquo quindecim solaris cycli numerũ ãno huic trigesimoquarto cõgruẽtẽ inuenies.

Nec minus. 1518. nouem adiectis, collectq;. 1527. quoties poteris per. 28. diuiso, haud secus. C. dominicalem literam ex. 15. cycli eiusdem vtrinq; annis ipsis competentem ostendes; dehinc subsequenti Christi. D. anno trigesimoquinto sub 16. cycli ipsius. B. dnicalẽ literã, non secus, quàm annis 1463. 1491. atq;. 1519. 1547. regulariter exhibebis. Ex hac itaq; tabulari literarum dispositione. D. C anno priori Chri. D. nec nõ. C. trigesimoquarto vsuali, ac. B. subsequenti cõpetentib⁹ literis, sextam quippe feriã vigesimoquinto Martii anni trigesimiquinti, ac præcedenti. 34 videlicet, quintam quoq; feriam, non sextam, penès Gauricum, sub. 15. solaris cycli totidem Martii diebus concurrentem depræhendes, siue ab occasu, siue ab ortu, aut à media nocte etiã diẽ ipsũ inchoes. Nã quod à meridie penès Astronomos dies quilibet exordiatur, non ob id tamen planetarum dominium, neque feriarum numerum penès Christicolarum, aut ethnicorum vsum, nisi ab ortu, aut occasu solis immutari inuenies; Quod & Gauricus idem testatur, dum Mercurii diem, quo luminarium oppositionẽ contigisse tradit, ab occasu quòq; auspicatur, quando desinente vigesimotertio Martii die, vigesimusquartus, (vt inquit) ac Mercurii dies simul exordiretur. Quæ quidem luminarium oppositio passionis, ac mortis Christi. D. horam diebus tribus, minus horis sex, penès eundem Gauricum anno ipso trigesimoquarto præuenit. Ex quibus omnibus constat, quòd sexta feria, siue veneris dies vigesimoquinto Martii. Christi D. anno trigesimoquarto iuxta præmissam dominicalium literarum, ac solaris cycli reuolutionẽ, vel præmissam adhuc Gaurici positionem Mercurii diem vigesimoquarto Martii, vt supra, ascribentis, haud quaquàm iure aliquo competere potuit. Quòd vero incarnationis, atque natiuitais anno. B. A. literas sub nono solaris cycli, extra omnem tamen solaris cycli rationem, siue etiam iuxta cæsaris, aut Romanorũ sacerdotum ordinationem ordinarie, vel extraordinarie mauis tribuat, hoc ipsi quoque Gaurico contrariatur; nam tunc vigesimoquarto Martii conceptus, atq; vigesimoquarto itidem Decembris, non dum vigesimoquinto inchoante mensis huiusce die, natus fuisset christus. D. illiusq; Veneris diem subsequenti inquam nocte, non præcedenti conceptus, cùm. A. litera ab intercalari die per anni illius reliquum decurrens, feriam sextæm. 24. Martii, atq; dominicæ

diem

diem totidem Decembris diebus. 24. videlicet eiusdem statuat. Ex quo prædictarum literarum dominicalium. B. A. priori Christi. D. anno præscripta positio, quæ nullam quidem literarum dominicalium seriem propria annorum sede statuit, vt sequenté intuenti tabulam perspicuum extare poterit, tanquàm ab omni prorsus veritate colabens, absque etiam Gaurici iniuria explodatur. Quòd si ambas modo dictas. B. A. dominicales literas subsequenti dehinc anno, qui primus in numero annorum Christi. D. vsualium cōputatur, sub decimo solaris cycli numero, vt infra columnula quarta, collocandas putemus. C. vnicam priori eiusdem Christi D. sub nono cycli eiusdem deputando, vt sic ex collocatione. B. dominicalis literæ anno trigesimoquarto labenti, vigesimoquinto Martii, sexta accommodetur feria; Tunc (vltra quòd bissexti locum hoc pacto literæ eędem per annum postergant) sic præter omnem solaris cycli seriem (vt de prioribus modo dictū est) oēs cycli eiusdē dn̄icales literas aliena dehinc sede locatas statuemus. Neque ob id tamen Christus D. feria sexta cōceptus, dominicauè die natus magis, quàm antea sub. B. A. dominicalibus literis videbimus. Ex quo positio hæc, vt de prioribus modo dictum est, penitus exprobatur. Sin demum priori adhuc Christi D. anno, bissextili supposito, sub nono solaris cycli. C. B. literæ deputentur, singula licet positioni huic consentire videantur, conceptioni videlicet, feria sexta, atque natiuitati dominicus dies, vtrinq; vigesimoquinto mensis ex dominicali litera. B. post Februarium inseruiēti, atque. A. circuncisionis die cal. Ian. subsequētibus penès Gauricum ilicet subsequuta; nec minus seruata adhuc bissextilium annorum congruentia, atque ex collocatione iterum. B. dominicali litera anno trigesimoquarto labenti deputata, sexta simul feria vigesimoquinto Martii pro passionis dominicæ die concurrens accōmadetur; Ex quibus annis trigintatribus cum mensibus tribus perfectis vitā in humanis vixisset Christus Dn̄us. His stantibus, ad huc vel in annis vsualibus mutationē aliquā post Christū. D. natum consentiemus, vel annis. 1456. 1484. 1512. &. 1540. easdem quoque dominicales literas C. B. atque. 1462. 1490. 1518. & 1546. B. literā non minus, quàm anno ipsi trigesimoquarto deputabimus, Cùm omnes non secus quàm prædicti, pari inter se annorum numero per vigintiocto partitione exhi-

bita, diſtent, & propterea eandem dominicalium literarum, atque eandem quoque feriarum feriem ſtantibus vsualibus annis, expoſtulent. Verum hoc minime nos annis. 1512. & 1540. dudum elapſis obſeruatū perſpeximus, quibus. D. C. Romanorum Calendario, nec non Ephemeridibus per ipſum Gauricum editis easdē. D. C. non autem. C. B. literas aſcriptas cōſpeximus, quibusq; vigeſimoquinto Martii feria quinta, non ſexta, nec non vigeſimoquinto Decēbris ſabbati, non dominicæ dies contigit. Haud ſecus anno. 1518, qui trigeſimo quarto Chriſti. D. vſuali anno correſpondet, vigeſimūquintū Martii diem ſub. 15. ſolaris cycli, ac. C. dominicali litera, feria quinta, non ſexta elapſum recolimus; quod de reliquis eodemmet voluente ſolari cyclo, haud aliter eueniſſe quis dubitet? Demum cum præmiſſæ tres literarum dominicalium poſitiones ex Gaurici libello, de quo ſupra, aſſumptæ ex ipſo ſolari cyclo, atque chriſticolarum omnium vſu refellantur; Cùmque ex Lucidi probabiliori poſitione. B. literā priori chriſti. D. anno ſub nono ſolaris cycli numero, atque ſubſequenti. A ſub decimo (& ſi vtrinque irregulariter, rationabiliter, ac probabiliter tamen dictis de cauſis tribuamus) quartum chriſti. D. annum cōmunem, non biſſextilem exemplari, ac tabulari Lucidi ānotatione ſupponamus. Ex his quidem chriſtum D. ſexta feria conceptū, ac dominica die octauo cal. menſis vtriuſque, ſub nono ſolaris cycli natum, ac die Veneris paſſum aſſerimus, minime autem vigeſimoquinto Martii anno aliquo, nedum trigeſimoquarto eundem morti traditum cum Gaurico ſentimus. ex eo maxime quòd vigeſimoquinto Martii anni ipſius trigeſimiquarti labentis tunc, & vſualis, feriam ſextam penès Gaurici poſitionem occurriſſe, ex tabulari, atque vſuali eccleſiæ computo, nuſquam modo aliquo cō probari poſſit.

TABVLA LITERARVM DOMINICALIVM
TAM REGVLARIVM, QVAM EXTRAORDINEM
etiem exemplariter hic descriptarum.

Añi. dñi.	Cycl°. Sola.	Regul. lĩæ	Gaurici	Gaur.	Gaur.	Lucidi
0	9	d.c	b.a	c	c.b	b
1	10	b	g	b.a	a	a
2	11	a	f	g	g	g
3	12	g	e	f	f	f
4	13	f.e	d.c	e	e.d	e
5	14	d	b	d.c	c	d
6	15	c	a	b	b	c
7	16	b	g	a	a	b
8	17	a.g	f.e	g	g.f	a.g
9	18	f	d	f.e	e	f
10	19	e	c	d	d	e
11	20	d	b	c	c	d
12	21	c.b	a.g	b	b.a	c.b
13	22	a	f	a.g	g	a
14	23	g	e	f	f	g
15	24	f	d	e	e	f
16	25	e.d	c.b	d	d.c	e.d
17	26	c	a	c.b	b	c
18	27	b	g	a	a	b
19	28	a	f	g	g	a
20	1	g.f	e.d	f	f e	g.f
21	2	e	c	e.d	d	e
22	3	d	b	c	c	d
23	4	c	a	b	b	c
24	5	b.a	g.f	a	a.g	b.a
25	6	g	e	g.f	f	g
26	7	f	d	e	e	f
27	8	e	c	d	d	e
28	9	d.c	b.a	c	c.b	d.c
29	10	b	g	b.a	a	b
30	11	a	f	g	g	a
31	12	g	e	f	f	g
32	13	f.e	d.c	e	e.d	f.e
33	14	d	b	d.c	c	d
34	15	c	a	b	b	c
35	16	b	g	a	a	b

TERTIO sciendum est Hebræos (vt alias diximus cap. .7. nostrorũ paschaliũ canonum) lunares vtique menses, & annos, solaribus tamen insertos, post legem datam, vt antea etiam obseruare; Qui neomeniam, siue paschalis mensis initium, quem Nisam vocant, eodem met die statuunt, cuius ante meridiem media præcesserit luminarium coniunctio, quæ æquinoctio verno propinquior fuerit, secus in secundum transferunt diem, dum per momentum etiam postea occurrerit. Quod si dies eadem secunda sit feria, quarta, vel sexta, siue excrescens ad huc fuerit annus, tunc sic anni, ac mensis eiusdem primationem (qui martio, vel Aprili ex nostratibus correspondet) dictis de causis in alterum quoque transferunt diem. Ita tamen quòd prædictis ambabus de causis interuenientibus etiam, duobus nunquàm diebus integris naturalibus, quin minus horis aliquot à medio luminnrium coitu paschalis mensis neomeniam transferunt; propterea & si in ipsum oppositionis diem, vel in subsequentem sæpius paschale festum coincidat, non plus tamen horis duabus vltra diem integrum quintædecimæ paschalis initium (quod in occasu solis statuunt) à plenilunio præcedenti producunt. Quod nos hic exemplari calculo demonstrabimus, si nanque dies quatuordecim, horas decem & octo, tempus videlicet oppositionis mediæ, omissis minutiis, coniunctioni mediæ dominica die, hora quarta ab occasu præcedenti transacta, addideris, tunc plenilunio ante solis occubitum horis duabus dominica itidem die cum quinta decima luna coincidenti, tum ob lunæ synodum post meridiem dominicę diei præcedentiam, tum ob secundæ feriæ inhabilitatem (præsertim si modo excrescens fuerit annus) tunc horis duabus vltra diem integrum, ab oppositione media ad feriæ tertiæ, siue decimæquintæ inceptionem, pro maiori amborum interuallo, ambabus siue tribus etiam de causis interuenientibus tantum inuenies. Qua in re maiorem neutiquàm admitti dilationem, testis est Paulus Foro. Episcopus secunda Paulinæ parte, alter quoque Burgensis Paulus ad fidem Christi. D ex iudaismo conuersus in additionibus Nicolai de Lyra super Matthæum cap. 26. Calendarium quoque hebraicum latino idiomati donatum, nec non iudæi omnes nostri temporis hoc ipsum etiam obseruantes. Neque enim cornicularis lunæ aspectum in cònumeratione lunarium dierũ hebræi

bræi expectant, quod Gauricus autumat, quemdmodum de latinis priscis, vel aliis adhuc sub rudi & impolito sæculo perhibetur; neque id à secunda templi instauratione citra, nec antea forsitam (nisi in deserto degentibus, post Salomonis obseruationes) minusque Christi. Domini tempestate obseruatum legimus, Gamaliele præsertim Salomonis canones, & caldaicam supputationem tunc temporis illustrante. Quòd cum ita sit, nec minus illud idem anno Christi. Domini trigesimoquarto per emussicatos hæbreorum canones custoditum par est credendum. Fuit ergo anno Christi Domini labēte trigesimoquarto sub sextodecimo decemnouemnali ecclesiæ, atque hebræorum tertiodecimo lunaris cycli numero media luminarium synodus octauo Martii, feria secunda, horis. 11. minuti. 1. post meridiem Vrbis sanctæ Hierusalem, quemadmodum astronomica ratione, & Alphonsi tabulis, ac nostris superius contigisse decernitur. Ex quo neomeniam paschalis mensis anni illius ex iudiciali, ac legali iure simul in subsequentem feriam tertiam rei huic habilem, ac nonum Martii diem, pridie nouilunio transancto, ex præmissis affigi debuisse haudquaquàm ambigitur. Vnde quintamdecimam mēsis eiusdem, siue primum Azimorum diem in similem Martis lucem, qui fuit vigesimustertius mensis, atque oppositionis ipsius dies sub. C. dominicali litera, propterea feria tertia obseruatum fuisse concludendum extat, a iudęis tunc præcedenti sero, hoc est feria secunda, atque decimaquarta itidem desinente, exinde paschali agno imolato; non autem die Iouis pènes Gaurici assertionem, duobus æque diebus integris, & naturalibus post plenilunium transactis; quod (neutra ex prædictis intercedente causa) legali, ac iudiciali simul hæbræorum ritui, vt prædiximus, contrariatur. Media nanque luminarium oppositio (eodemmet quoque Gaurico, vt dictum est, asserente) Martis die hor. quinta minutis. 23. post meridiem, atque hora itidem vigesimatertia, vel parum post communis horologii, veraque horis septem post ipsum quoque meridiem, siue prima sequentis noctis hora, dum vigesimusquartus inciperet Mercurii dies (vt eiusdem quoque Gaurici verbis liquet) occurrit. Falso ergo iudæos in hac paschalis quintædecimæ obseruatione ab eorum institutionibus deuiassent, quinimmo ipsum Gauricum non tam in ipsa paschalis diei; quàm feriarum compu

tatione hallucinatum fuisse credendum extat; dum sic quintumdecimum lunaris mensis diem à tertia feria ad sextam per dies quatuor transfert, Christumque. D: vigesimoquinto Martii, anno trigesimoquarto, ac feria sexta (cum quinta vt supra extiterit) passum modo tradit, cùm tamen plenilunium ex propria illius assertione vigesimotertio, ac Martis die occurrisse, propterea vigesimumquartum Martii diem quarta feria, atque vigesimumquartum sextæ, anno ipso contigisse liquidissime constet; Vnde quinta feria decimaseptima, non quartadecima desinente luna, paschalis à Christo .D. ac discipulis comesus fuisset agnus, vigesimoque sexto Martii die (& si sexta feria) non vigesimoquinto mensis eiusdem, decimaque octaua existente luna contra doctorũ, atq; euangelistarum omnium sententiam, vltrò mortis aculeum obiisset. Secus errorem, vel mendatium Gaurici in ipso plenilunii die depræhendi necessum erit. Addo quòd luna iam lumine diminutæ, nec in libra, quin in scorpionis signo die illo, ac Sol in Ariete, propterea non se diametraliter aspicientes ambo deprehensi fuissent, diebus tunc integris duobus, atque horis decemocto post plenilunium ilicet transactis; Quod quintædecimæ obseruationi, ac Christi D. expiationi minime quidem consentire videtur. Cùm quintadecima luna soli opposita, ac lumine plena in altero æquinoctii loco ex catholica, atque hæbraica, ac legali simul traditione passioni dominicæ necessaria omnino exquiratur. Quod 26. Veneris die anni labentis trigesimi quarti ob distantiam dierum ferè trium ab oppositionis hora haudquaquam fieri potuit, vt scilicet Sole in Ariete, ac luna ipso plenilunii die in libra reperta, post triduum dehinc, vel paulominus in eodem tũc quoque signo reperiretur. Cúm ergo Iouis dies, vigesimoquinto Martii diei anno ipso. 34. concurrens, nullo vnquam pacto possit passioni dominicæ congruere, nec sequens adhuc vigesimussextus Veneris dies negotio huic dictis modo de causa, accommodari potuerit. Minus quoque vigesimustertius mensis, & anni eiusdem dies (quem græcorum aliqui rei huic opportunum assignarunt) passioni dominicæ idoneus censebitur; Et si nanque quintadecima luna penès hebræorum obseruationẽ, diei ipsi vigesimo tertio competit, non tamen feria tertia, quin Veneris dies tantum, nec alius passioni dominicæ dies, assenti. Quod si modo feria sexta

xta anno aliquo vitæ Christi diei huic vigesimotertio Martii concurrat, tunc illi lunæ ætas omnino dissentit; quemadmodum per propriam superius lunationum, atque oppositionũ tabulam innotescit. Sed neque vigesimusquintus Martii dies anni trigesimiquinti vsualis ob lunæ inhabilitatem rei huic propius accommodari potuit, quamuis sexta huic feria occurrat, atque is iuxta Dionysiacam computationem trigesimus quartus vitæ Christi.D. annus enumerari queat; Quętes pluribus forsen errandi ansan præbuit, qui & lunationem paschalis mensis anni trigesimiquarti vsualis parum quidem à quintadecima hebræorum discrepantem, & sextam simul feriam anni trigesimiquarti vitę illius (que vigesimoquinto siquidem Martii die anni trigesimiquinti occurrit) vtrosque scilicet & vitæ Christi. D. & vsuales simul confundentes annos, passioni dominicæ, irrationabiliter tamen, accõmodarunt. Hoc pacto forsitan Gauricus ipse vel ab aliis intelligi noluit, vel se ipsum fortasse non intellexit, dum tractatu quo supra (tanquam toto errans cœlo) modo quintam vigesimo quinto Martii, modo sextam huic assignauit feriam.

Sed cùm inhabilis omnino lunæ ætas vigesimoquinto Martii diei anni trigesimiquinti, vt dictum est, occurrerit, vigesima septima videlicet, siue etiam vigesimaoctaua (sexta licet feria huic rite quidem cõpetat) hunc ideo modo dictum' annum trigesimũquintum, quin vtrosq; simul, tanquàm passioni dominicæ inhabiles penitus abigendos omnino decernimus.

QVARTO & vltimo reiectis vigesimotertio, atque vigesimoquinto, nec non trigesimo quoque Martii die penès Pauli Episcopi Foro. nostramque, dum huic assentiremus, sententiam, Tertioque Aprilis die anni trigesimitertii vsualis pro Christi Domini passione probabiliter assumpto, Reliquum modo est positionem istam authoritate aliqua stabilire, ne sola nos Lucidi assertione suffulti, cornicum oculos, vt aiunt, configere videamur. Primum ergo non ignobiliorum ecclesiæ doctorum Ioannis de Muris, ac Rogerii Bachonis authoritas haudquaquàm aspernenda existimatur, qui modo ambo Christũ. D. tertio Aprilis die passum senserunt, nullum alium passioni huic dominicæ congruentem diem vel annum, ni prædictum tantum inuenientes; quamuis ex Dionysii computo in numero annorũ vitæ Christi. D. decepti fuerint. Nec alii desũt inter catholicos, ac neotericos adhuc ecclesiæ doctores, vt Alphonsus Thostatus Episcopus Abulensis, qui iam annis prope centum elapsis in defensorio quæstionum suarum tractatum super hoc edidit, in quo diem quemlibet, & annum passioni dominicæ inhabilem, præter hunc Aprilis tertium anni ipsius trigesimitertii, existimaui; nullibi is licet de vsualibus, aut emergentibus annis mentionem tradiderit, eosdẽmet, & vitæ Christi D. annos, & vsuales, ob id anno citius conceptum & natum, quàm Dionysius, & alii plures arbitrati sunt, supponendo, eodem tantũmodo die, & anno, quo supra Christum. D. passum asserens, dum dies decem, ac menses tres supra trigesimumsecũdum ætatis egisset annum. Nec minus Burgensis Paulus in additionibus super Nicolaum de Lyra neutiquàm licet Romani mensis, & anni diem expræsserit, Hebræorum tamen, atque Euangelistarum more lunationem ipsam, quintamdecimamque mensis primi diem à Christo. D. ac Iudæis obseruatam tradidit, quam per horas, & minuta in coniunctione, & oppositione luminarium tertio Aprilis die superius descriptam annotauimus; quando scilicet Christum Dominum ex verporum annalibus in Parasceue paschæ, hoc est in vigilia paschæ, quæ tertio Aprilis anni ipsius trigesimitertii concurrerat, morti traditum commemorat. Cui quidem positioni (ni modo Aprilis mensem, superstitiose nimis, eidẽ obstare visum fuisset) Paulus Episcopus Forosemproniensis libro septimo, ac nono secunda Paulinæ parte forsitam arrisisset;

Et

Et nos itidem libro nostro paschalium canonum (nisi quòd ætas Christi. D. incongrua videbatur) in omnibus ferè aliis assentiri videbamur. Franciscus quoque Esculanus mathematicus, ac rebus phisicis clarus cõmento vltimo super sphera mundi, hoc idem ferè sensisse videtur, dum lunam tempore passionis dominicæ soli oppositam in decimo libræ, atque hunc in totidem Arietis gradibus collocat; Quod vigesimo quinto Martii minime, quin tertio Aprilis iuxta veram Ptolæmaicam supputationem, siue medium etiam solis motum penès Alphonsi tabulas congruit. Vltimo diebus nostris Ioannes Lucidus Samothæus quæstionem hanc omnem per veram annorum Christi. D. ac mundi computationem soluit, dilucidauitque, positionemque ipsam de tertio Aprilis die, trigesimoque tertio vitæ Christi. D. anno probabiliter admodum consolidauit. Ex opposito autem minime obstat Christum. D. non Martio mense passum, quod communi ferè Christicolarum omnium ore profertur. Satius est nanque paucorum dictis rationi, ac veritati congruentibus, quàm multorum opinioni irrationabiliter consentire. Sic nanque lunatione eadem Martii mensis mortuus est Christus. D. qua pascha nostrum, & hebræorum simul celebrari diuina modo lege sancitum fuerat, quæque à Martio mense inchoans, in Aprilem, vt nunc sæpius, terminarat. Quibus quidem Romanorum mensibus cum Iudæi careant, primum ideo hebręorum paschalem mensem Euangelistæ quatuor ex eisdem oriundi per primum azimorum & paschæ diem simul, tanquàm eisdem celeberrimum, insinuarunt. Quòd vero Cirillus olim in epistola ad Carthaginensem Synodum retulerit, eodem Christum D. die conceptum, & passum, quo Adam per peccatum, sexta feria videlicet, mortuus est; Et eodem quoque die à mortuis surrexisse, quo mundus plasmatus fuit. Ad hoc dici potest, quòd si Cirillus olim Alexandriæ præsul dictum hoc ad dierum mensium numerum, non hebdomadæ retulisset (quod posteri deinceps ad vtrunque, plusquàm dialetice etiam ampliarunt) non illud ad diem mensium Romanorum, quin ægyptiorum, quibus modo præerat, vel Aphrycanorum, ad quos scribebat, mortis Christi diem Proprius retulisset; Cùm tamen quando Adam eiectus est de paradiso, nullus tunc poterat vigesimusquintus mensis

alicuius vel Arabum, aut ægyptiorum, minus Romanorum (cum nullus præteriisset) enumerari quippe dies. Ex quo de hebdomadæ die tantum, sexta scilicet feria, nec aliter Cyrilli dictum, quam de diebus mensis alicuius interpraetandum modo fuerat. Cum septem hebdomadæ dies vbilibet ab ipsa mundi creatione in sacra deinceps enumerentur pagina, lunaribus exinde diebus in hebræorum menses, & annos, non Romanorum (qui posteriores longe fuerant) proxime distributis. Quòd si modo ex ipso vernali æquinoctio dies ipse vigesimusquintus Martii ad mortem Adæ ex peccato, ad ipsumuè vniuersæ creationis diem referatur. Tunc dicendum est, quòd dato etiam mundum in ipso æquinoctio verno à Deo plasmatum fuisse (quod non vtique tamen constat, à pluribus licet probabiliter sentiatur) non tamen equinoctium vernum vigesimoquinto Martii die concurrere potuisset, quamuis eadem quoque Romani anni quantitas ad retroacta tunc tempora transferatur; veluti neque eodem nunc Martii die, quo prius Iulii Cæsaris tempestate, nostris nequit inueniri temporibus. Quemadmodum etenim in annis sexquimille à Christo. D. vel ab ipso etiam Cæsare citra à vigesimoquinto Martii die (verè tunc æquinoctii sede) ad decimum modo mensis eiusdem diem hoc ipsum delatum videmus; sic in annis ferè quatermilibus à Christo. D. ad ipsam mundi creationem è contra in Aprilis calce, vel in Maii frontispicio forsitam inuentum fuisset. Ex quo vigesimus quintus Martii cum ipso creationis, vel mortis Adæ die, vernalis æquinoctii ratione cum ibso passionis, ac mortis die haud quaquàm concurrere tunc potuit, ob inæqualem videlicet annuæ quantitatis reuolutionem ad eundemmet in Zodiaco Solarem reditum, & propterea variam, atque instabilem æquinoctii sedem, vt aliàs libro nostro paschalium canonum cap. 5. affatim disseruimus. Quod de aliquo minime hebdomadæ die vsquam contigit. Cùm septenos quosque ab ipsa mundi creatione ad hæc vsque tempora ex legali, ac hebraica obseruatione, & ex nouæ legis continuatione ex ordine deuolutos sentiamus. Ad diui autem Augustini, Chrisostomi, Bedæ quoque, & aliorum plurium promulgatam sententiam, Dicimus, quòd veteres nouellæ ecclesiæ patres eorum tantum, quæ fidei inhærebant, quæque ad ipsius modo cre

ſcentis eccleſiæ vtilitatem concernebant, magis quàm lunarium ſupputationum ſatagebant, Ideo vel Cyrilli vnius ex vetuſtioribus eccleſiæ patribus, vel aliorum etiam authoritate, non aſtronomicis, nec lunæ, vel hebræorum, vel latinorum cyclis ſuffulti (è quibus quartædecimæ, ſiue quintædecimæ paſchalis ratio, tam à Chriſto Domino & diſcipulis, quam ab hebræis tunc temporis ob ſeruata dependet) id pie nobis, ac bona, vt aiunt, fide tantum tradiderunt. Quod Alphonſus prædictus, Pauli duo, & alii noſtris modo temporibus, tanquàm paſſionis diei congruum, ac reſurrectionis feſto opportunum illu ſtrarunt, ac demum firmata iam omni ecclæſiaſtica diſciplina, atque vberrime explanata, diſputationis, vt ita dicam, ac diſſerendi magis, quàm neceſſitatis gratia, ocioſius, ac ſubtilius ex poſterioribus plures, nec irrationabiliter tamen, ruminarunt. Ex eo nanque, & aliis inde pendentibus, non pauca ab hebraica perfidi (circa inquam paſſionis dominicæ diem, ac paſchæ cum diſcipulis anticipationem) in apparentem quidem Euangeliſtarum diſcordantiam, tum etiam à Græcis obiecta refelluntur. Ad Alberti autem Magni dictum, non ſecus, quàm prædicti, in vigeſimumquintum Martii diem conſentientis (quamuis an ſuper Dionysii epiſtola ad Policarpum eidem Alberto addicta, expoſitio ipſius an alterius verè fuerit (cum plures eiuſdem nominis, non æque magni tamen fuerint) dubitatur; Dicendum quòd, & ſi illud idem de. 25. Martii die teſtetur, homo tamen, vt æque omnes alii, fuerat, qui poſſunt aliquando falli; Et propterea vel calculo, vel deprauatis adhuc tabularum numeris, inaduertenter quoque decipi potuit, ſacræ tunc forte Theologiæ, vel naturalis quoque philoſophiæ ſpeculationibus magis intentus. Bedæ quoque opinio in hac licet dominicæ paſſionis die, & anno, trigeſimumquartum approbet vſualem annum, libro tamen temporũ.47.de die hac, & anno perplexe loquens, nec Dionyſii cyclis, nec ſui ipſius ſupputationibus contentus, vt aqua(quod dicunt)hæſiit. Poſtremo ſiquis his, quæ diximus, minime contentus acquieuerit, amplioremque ad hæc reſponſionẽ expoſtulauerit (cum breuitati magis quàm curioſitati ſtuduerimus) Alphonſi modo dicti, Pauli alterutrius, ac Lucidi ſcripta examinet.

Demum ipsum Reuerendissimum Episcopum Lucam Gauricum hic modo exoratum velim, vt si in aliquo prædictorum offensum se forte putarit, parcat mihi, quæso, cum hæc non animo iniuriandi, aut obiurgandi, quin veritatis propalandæ gratia exarauerim. Quòdque si ipse authoritatibus doctorum plurium fretus in errorem modo dictum incidit; Et nos etiam Pauli Episcopi Foro. Oraculis, ac Dionysii cyclis inhærentes confisi, haud aliter quàm Ioannes de Muris, ac Rogerius Bachon & alii plures, iuxta communem vsum, vitæ Christi. D. connumerantes annos, in errorem alium incideramus. In cuius quidem exorbitationis emẽdatione, vt nobis, sic aliis vtinam, annuente Deo Maximo, atque Opt. satisfecisse videamur

AD REVERENDVM ONVPHRIVM PANVINIVM .F. HEREMITANVM ORDINIS Augustiniani, Sacræque Theologiæ Magistrum. Petri Pitati Veronensis Nuncupatoria Epistola super Passionis Dominicæ diem.

DOLEO ex erronea Gaurici supputatione circa passionis Dominicæ diem in contentionem (citra tamen iniuriam vtriusque nostrum, minusque contra charitatis vinculnm) ductum me nuper fuisse. Dum ille Iudæorum Pascha Christi. D. tempestate in quartum transtulit diem, à visione Lunæ mensis initium assumens, tanquam Pascha ibus Cyclis, atque Gamalielis tabulis, nec non chaldaica supputatione, vt captiuitatis Babilonicæ tempore caruissent. Cumque. 26. Martii diem in. 25. retulisset, ac Iouis diem infariam sextam transtulisset. Sed age Pater mi Reuerende quenan ratio his te mouit assentire, atque Christum Dominum. 34. ætatis suæ anno passum asserere? ONV. De præmissis parua vel nulla forsan inter te & me esset altercatio; Cùm non multum, quin parum prædicta mihi arrideant; Verum Flegonis scripta de mira solari illa Ecclypsi, de qua in Euangelio. cogunt me omnino asserere Christum .D. ætetis suæ 34. quartoque olympiadis. 202. labente tunc anno passum. Quod per annum natiuitatis, ac baptismatis illius liquido apparebit. Hoc nanque primum ex beati Lucæ Euangelio de baptismatis ineunte anno. 30. didicimus, vnde & natiuitatis annum ipsius exploratum habemus. Si ergo ab ipso baptismatis die per annos .30. vitæ Christi. D. retrocesseris, hinc diebus. 13. pro diebus totidem à Natiuitate ad Baptismatis ipsius diem priscorum patrum authoritate, atque ecclesiæ sententia interiectis, retrorsum deductis, sic ad. 25. præcedentis anni, ac mensis Decembris diem remeabis. Quo anno, inquam, tertio olympiadis. 194. Christus.D. ortus est, hoc ipso post eundem natum, mensibus ferè sex priscorum Græcorum more perseuerāte āno. Cuius demum natiuitatis diei, & anno si olympiades octo addideris, qui annos. 32. perfectos continent, ad annum quoque tertium, aliûs tamen olympiadis (202. s.) de quarto in quartum regulariter procedendo deueniẹs; quo quidem tertio olympiades

piadis huiusce ab anno.32.Christi.D.ad.33.ęstate ipsa terminato, quartus olympiadis prędictę subsequens ad.34. cũ dimidio labentē perdurauit,atq; ita Christũ. D.34. vitę ipsius, quartoq; voluente olympiadis anno passũ asserimus. Pi. Heus quæso Pater mi videas hic modo, ne in errorem traharis, dũ dies. 13. à Natiuitate Christi.D. ad illus baptismatis diē pro anno integro connumeras. Recordare (ita asserente te in cōmētarii tuis) Lucã Euangelistã scriptũ reliquisse, Erat ipse Iesus incipiens annorum.30.vt demõstraret illũ initio anni.30. non in fine baptizatũ, hoc est octauo idus Iañii, Anno Tyberii Cæs.15.ab. vrbe condita.781.qui proximis parilibus terminandus erat, Olympiadis.vero.201.anno quarto,Cùm is annus mensem septimũ iam ageret, qui proximo solstitio æstiuo finiri debebat,atq; primus 202. olympiadis inchoari Onvf. Non recordor, verum memoriæ fixum teneo. Pit. Recordare adhuc quòd inferius in eisdē cōmentariis scripsisti. Si à duobus. C. Gemino Rubellio,ac.C.Gemino Fusio coss. per.30. retro annos recurremus, inueniemus Iesum Christum natum fuisse olympiadis.194.anno tertio, atque ab vrbe condita.752. qui priori ac præcedenti anno in ipso olympiadum numero præsertim correspondet; At vero si annos.29. atque dies. 13. vitæ Christi, vt æquum fuit, non autem.30. perfectos à baptismatis die detraxisses, Sic anno Imperii Augusti. 42. (& vere quidem) proponendum exacto, atque olympiadis prædictæ anno quarto, non tertio, ab ęstate proxima præcedenti inchoato, cum antiquis, nedum nostri temporis chronographis Christum. D. natum censuisses, atque tertio olympiadis prædictæ, vt infra, conceptum annuisses, quod per additionem annorum. 29. anno vrbis.752. natiuitatis scilicet, siue è contra per subtractionem annorum.752. ab annis vrbis.781. & baptismatis anno liquidissime apparebit., secus præcedenti anno. 29. inchoato tantum, vrbis conditæ.780.antequàm. 781. exordiretur,contra præmissam assertionem tuam,tertio tamen olympiadis anno.201. voluente baptizatus, si modo anno hoc tertio olympiadis.194. per annum antea penès te ortus est Christus. D. ex quo per subtractionem annorum. 30.perfectorum à natiuitate ad ipsum baptismatis diem (cum.29. ac dies.13.tantum fuerint) vnitate,vt diximus quilibet annorum numerus per te,vt video præfaratur. Quę res tã in annis

vrbis

vrbis,quàm Imperii Augusti, ac Tyberii Cæsaris dissonantiā quādā,& manifestā parit. ONV. Atqui authores labentibus, & imperfectis annis pro perfectis, ac deuolutis, & è contra sæpius abutuntur, emergentibus quoq; vsualibus insertis; Qui implicationem,quin cōfusionē quandā sæpius parere vident. PIT. In hoc placuerunt mihi à te edita in cōmētariis tuis ambiguitatē omnē tollentia, dum annos,& dies gestorū transactorū describis. Quam tamen ambiguitatem in tabulis annorum collectorum vel expansorum tolles, si modo emergentium annorum initium prænotaueris. In vsualibus verò annorum Christi. D. annotatione, cum quilibet vitæ illius emergens annus ab vsuali, Romanorum more per dies septem tantum distet, nulla ex hoc controuersiæ ansa peroritur (ni forte Reuerendiss. Petri de Aliaco Card. Cameracen. opinio te mouerit, annum primum Christi per annum ferè, minus diebus septem exactis, ante hunc ipsum natum & conceptum enumerationis annorum, vel Natiuitatis, vel Incarnationis, quin vtriusque simul sumpsisse exordium) Quæ quidem sententiæ, vt voluntaria ac, vt supra, hypotesi secunda repulsa, hoc tantum ex tui sententia assero; primum Christi incarnationis annum,ratione tantū numeratione illius, non re ipsa incertum (secus & natiuitas ipsa incerta) aliquibus Italiæ vrbibus mensibus nouem, & rectè quidem,Incarnationis ipsius exordium præuenientibus, aliis vero mēsibus duobus natiuitatem ipsā numerādo subsequētibus.Hinc primū natiuitatis annū, omissa incarnatione, omnia anno ipso gesta, vt circumcisionē, Magorum adorationē &c. vsq; ad subsequentem. 25. Decēb.diē continere. Haud secus quilibet annorum ipsorū subsequētiū numerus,initiū,mediū, ac finē, omniaq; ipsius acta cōplectitur, vt de priori modo dictū fuit. Vbi enim primi exitus, illic & secundi exordiū statuitur. Vnde de his scitè dictū est, verba famularia incipit, ac desinit,eisdem peculiariter inseruire, quod de vsualibus nec non emergentibus,atq; olympiacis annis, æque dictū sit, seruato semper vniuscuiusq; in vsuali anno emergentium primordio. ONV. De his satis, verū quia vsq; adeo rationes. & argumēta nr̄a retundis, vt palinodiā cātaturū me credas, agè modo argumenta, atq; Hypoteses tuas in medium profer, vt aut ego te tuis, aut tu me meis, vt aiunt, telis effodias. PIT. Faciam libenter. Et primū duo contra positionē tuā propono,

ex quibus in vno conuenimus, quod eſt in annorum olympicorum, & vrbis Romæ computatione à nece Cæſaris ad Chtiſtnm .D. & vltra, in qua nihil á C. Solini, ac Ciceronis traditionibus diſcrepantes circa annorum ipſorum enumerationem tecum ſentimus; In altero autem, hoc eſt in Imperatorum annorum Chriſti. D. tempeſtate (dum ſcilicet in humanis vixit) atque etiam annorum vrbis enumeratione, vt plurimum vnitate diſſentimus. Tota igitur diſcrepantię noſtræ vis hæc eſt, ex quo in annis Chriſti. D. per ſingulos vnitate præuenis, At nos ècontra ſubſequimur. Ita vt quem nos primum Natiuitatis Domini annum numeramus, ſub quarto olympiadis. 194. tu ſecundum (dum priori, hoc eſt tertio olympiadis anno eundem natum arbitraris) nec minus de ſubſequentium annorum Chriſti Numero facis. Et quem nos baptismatis. 29. completum computamus, tu. 30. atque exinde. 34. Pasſionis annum, quarto olympiadis. 202. præueniendo enumeras, Ego. 33. (anno itidem quarto olympiadis eiusdem voluente) conſtituo. Veruntamen diſcrepantiam in Imperatorum annis intuere, vbi. 41. Augusti Imperii primo Natiuitatis anno ob modo dictam præuentionem aſignatur, nec minus. 751. vrbis conditę deputatur, vbi. 42. Auguſti atque. 752. à chronographis omnibus, nec minus per te aliàs annus hic vrbis. 752. Natiuitatis anno appropriatur. Haud ſecus ab orthodoxis in ipſo incarnationis, atque Natiuitatis die, vt reor, aberras, aſſerentibus illis Chriſtum. D. die Veneris. 25. Martii conceptum, ac totidem Decembris diebus Dominica die natum, quod per poſitionem hanc tuam ſeruari haud poteſt. Aut ergo Chriſtus. D. anno tertio olympiadis prædictæ. 194. penès te ortus eſt, quod quidem dupliciter ſumi poteſt, videlicet quòd quando Chriſtus. D. Martio menſe incarnatus fuit, ſecundus olympiadis illius annus computabatur, Mox æſtate proxima ſub eodem anno vrbis. 751. Aprili præcedenti inchoato, tertius olympiadis eiusdem inchoaſſet. E. Dominicali litera ſub. 8 Solaris Cycli Numero ordinarie; at vero .C. ob Romanorum ſacerdotum incuriam extraordinarie fluente, ex quo feria qainta. 25. Martii dies, hoc modo, vel illo tertia occuriſſet, atque ſabati, vel Iouis die Natalis Domini contra Eccleſiæ ſententiam præteriiſſet, hunc dominica die, ac Veneris incarnationis diem ſtatuentis. Aut vero ter-

tius

tius olympiadis præmissę. 194. vertebatur, quando Christus. D. conceptus fuit, quarto æstate vel Autunno olympiadis eiusdem proxime succedente anno. Vbi è directo. 42. Imperii Augusti, atque. 752. Vrbis anno, tertius olympiadis ascribitur, atque ita intentum nostrum habemus, ob id quia non in re, sed in numeratione tantum lis est. Si nanque Martio incarnationis mense ipso, & anno, tertius olympiadis prædictæ vertebatur, Ex hoc necessario sequitur Christum. D. quarto olympiadis eiusdem, siue solstitio, siue Autumnali æquinoctio inchoante, subsequenti Decembri mese anni eiusdem natum. Quod si sic ergo & anno olympiadis. 202. (Decembri mense, annis. 32. vitæ Christi decursis, qui olympiades octo continent) tertio inquam olympiadis illius deuoluto, quartus olympiadis eiusdem æstate ipsa præcedenti, haud secus, quàm anno olympiadis præmisse. 194. vt quique alii olmpiadum anni, de quarto in quartum per suas quisque vices regulariter voluebatur, post mortem Christi. D. mensibus tribus, ac diebus. 10. & vltra vsque ad primum olympiadis 203. anni ipsius. 33. labentis scilicet perseuerans. Ex quibus à primo ad vltimū Christum. D. tertio Aprilis die anno ætatis suæ. 33. labente passum asserimus, Quæ singula prædicta Orosii, Eusebii, Eutropii, Pauli quoque Diaconi, nec minus beati Lucæ Euangelistæ scriptis consentiunt. E contra supposito anno secundo incarnationis, atque Natiuitatis anno tertio olympiadis. 194. Vrbis conditæ annus. 751. nec non. 41. Imperii Augusti, nec minus Dominicalis litera, vt dixi, passioni Dominicæ in omnibus contrariatur; Quod etiam de baptismatis anno haud secus asseri potest. Quòd autem penès Tabulistas omnes ferè, tertius olimpiadis annus Natiuitati. D. ascribatur, id fuit, quòd cùm multa sint in vsuali anno emergentium annorum initia, vt vrbis, ac Romanorum Imperatorum, atque olympiadum annorum exordia, non possintque singula hæc, aliaque anni illius notanda acta inscribi, vt commodius potuerunt, vsualibus annis accōmodarunt. Cùm anni cuiusque emergentis initio siue prioris desinentia, vno tamen vsuali anno facta compræhendantur. Quæ clare, ac distincte per præcedentia, ac subsequentia in textu chronographorum ipsorum describūtur, vt de vrbe Roma, cuius initium & finis anno quarto olympiadis sextæ

desinente, ac primo olympiadis. 7. inchoante, vt infra, sub vno tamen emergenti anno primo vrbis conditæ complectuntur. Quòd vero quantū ad annos vrbis conditæ, atque olympiadum (citra vitæ Christi annos, in quibus vnitate præuenis) iutxa Solini, Varronis quoque, ac Ciceronis obseruationem in Epistola ad Atticum, tecum conueniamus. Hoc demum in pręmissorum corroborationem ab anno necis Cæsaris experiamur; à quo ad Christum. D. natum & circumcisum. 44. hoc pacto exacti, vt infra enumerantur anni, videlicet mensibus duobus cum dimidio à cal. Ian. ad Cæsaris necem, nouemque itidem mēsibus cum dimidio anni eiusdem, anno quoque integro pro biennio interregni scilicet, computatis, atque annis. 42. Imperii Augusti superadditis, Anni exinde. 44. perfecti à cal. Ian. Cæs. necē præuenientibus ad Chistum. D. computantur. Quibus. 29. completos, ac dies. 6. à natiuitate ad ipsum baptismatis diem interceptos addendo, anni fiunt. 73. à Cæsare ad Christum. D. baptizatum; Qui quidē olympiades. 18. vltra annum ferè complent. Quibus annis vrbis. 709. quādo Cæsar interemptus est, adiectis, atque eisdem pariter anno quarto olympiadis. 183. additis, anni vrbis. 781. (anno tunc. 30. Christi. D. ferè inceptante) fiunt, quartusque olympiadis. 201. æque ac Cæs. interitus anno fuerat. Cuius cæde sequuta, æstate proxima Gymnici ludi (teste Cicerone) vt tu te asseris, Elide celebrati sunt. His demum singulis annorum numeris annis tribus adiectis, sic ab anno necis Cæsaris ad Christi. D. annum. 32. exactum. 76. annorum numerum comples; vbi quartum olympiadis. 202. annum æstate proxima subeuntem, annum quoque Vrbis. 784. voluentem, mox Parilibus subsequentibus. 785. subeuntem, Christi vero. 32. Decembri mense præcedenti desinente anno, mox. 33. inchoatum inuenies. Quem tu pater Reuerende quartum tunc olympiadis pręedictæ annum. 33. vt ante inchoantum, subsequenti. 34. Christi. D. anno ascribis.

Si ergo demum anno Cſristi. 32. ut supta peracto, olympiades. 4. hoc est annos. 16. ac menses tres ferè à Christi. D. natiuitate ad Cæsaris interitū interceptos præmisso annorū numero. 76. superaddas, anni 92. à nece Cæs. (. 49. tunc ab eiusdem natiuitate vertente (ad. C. Solini. obseruationem labentes fient. Sicque quartum olympiadis. 209. annum, vrbis vero. 801 Parilibus inchoatum, moxque æstate proxima

primum

primũ olympiadis.207.ſubeuntẽ inuenies.In qua quidẽ ãno-rũ olympiacu,atq; Vrbis Romæ cõputatione(ita Solino cap.2,afferẽte) tecũ cæterisq; tẽporũ ſcriptoribus æque cõueni-mus,Sic nanq; ſexta deſinente olympiade,ſeptimaq; incho-te Vrbe Romã,vno tamen vſuali anno vbilibet cõcurrẽte, in plurimorũ authorũ cõcordantiã,nec à te alienũ quidẽ ſenti-mus,vt ſic omne verũ vero conſonet. Onv. Nihil equidẽ á cõ putatione hac tua diſſẽtio, At in cõcluſione in dubiũ vertor, in qua,vt video,te iudicẽ facis, verũ in re non ſatis clara arbi trũ queramus. Pi. Ego arbitrũ nemine aliũ expecto,niſi Eu-ſebium Cæſarienſe tantę authoritatis virũ,qui iuſſu Patrum 318. Nicęæ ſynodi ſymbolũ conſcripſit, Ita vt neq; additum quicquàm ſuæ cõpoſitioni, aut inde aliquid detractũ, aut im mutatum per eosdẽmet patres dicat, niſi ſolum illud Deum verum de Deo vero. Hic chronicorum ſuorum libro ſcriptũ reliquit,Anno hoc.33.(tabulis ipſis, vt quiq; alii ſingulariter aſcripto) Chriſtus.D. Anno.18. Tiberii Cęſaris,atq; olympia dis ãno quarto,ad paſſionẽ venit, quãdo ſolis defectio in me ridie diei illius occurrit, Argumẽtũ autẽ huius rei,quòd Sal uator anno iſto. 33. ſcilicet (quod per pronomẽ iſto dare in-nuitur) paſſus ſit Euãgelium præbet Ioãnis,in quo ſcribitur, poſt.15. annũ Tiberii Cæſaris tribus ãnis prædicaſſe. A qua ſententia nuſquàm diſcedere intendo, ni ſecus per Eccleſiã definitũ,ac terminatũ fuerit,cuius quidẽ determinationi, vt inomnibus aliis meis ſcriptis,totum me humiliter,ac reuerẽ ter ſummito.

Hæc ex Euſebio, Oroſio, Eutropio, ac Paulo Diacono,& aliis ab eccleſia approbatis auctoribus.

Onv. Anno Incarnationis Chriſti. D. qui minime inter annos vitæ ipſius connumerari debet,niſi poſt. 25.Decembris diem, quando ortus eſt idem Chriſtus. D.

Tum primum Annus Vrbis. 752. poſt incarnationem ipſam Aprilis menſe,antequàm Chriſtus. D. naſceretur inchoauit.

Tum tertius Olympiadis. 194. æſtate proxima ſiue autuumno penès diuerſas auctorũ, ac temporũ obſeruationes terminauit annus, vbi quartus olympiadis ipſius antequàm Chrs. D. naſceret, incipit

No. Pi. Imperii Cæsaris Augusti. 42. fere, eo minus desiit
1 0 annus, quantum scilicet est ab ipso natiuitatis die ad cal. Ianuarias proxime subsequentes, vnde annorum vsualium, ac vitæ Christi simul fere (& rationabiliter quidem) assumitur initium.

Nonus auté solaris cycli numer' fuit. D. C. lrę ordinariæ. B. vero extra ordinem præcurrente, ob quam. B. lrã. 25. Martii feria sexta Incarnatio, totidéq; Decébris diebus dñica die natiuitas Dñi ãno isto occurrit. Vnde vulgati versus passim legũtur.

Nonus erat Cyclus Solis, Lunæque secundus.

Pi. Quando fuit Christus de Santa Virgine natus.

2 1 Annus primus natiuitatis. 25. Decembris die, anno præcedéti, vt diximus, inchoatus, quo cal. subsequẽtib' circũcisus, à Magis adoratus, ac in téplo præsétat' est Christus. D. ordine isto, vt infra defluxit.

Anni Vrbis conditæ. 752. finis, atque. 753. initium.

Olympiadis. 194. finis. vbi ãni primi. 195. initiũ fuit.

Imperii Augusti. 43. decembri mense finis.

Cyclus Solaris. 10. B. litera ordinaria. A. vero extra ordinem.

3 2 Anno Secũdo Christi. D. labente Vrbis códitę. 753. finis, atque. 754. initium.

Olympiadis. 195. anni primi finis, atq; secundi initiũ

Imperii Augusti. 44. propemodum finis.

Cyclus Solaris. 11. A. ordinaria. G. autem extraordinaria litera.

4 3 Anno tertio Christi. D. Vrbis conditæ. 754. finis, atque. 755. initium.

Olympiadis. 195. anni secundi finis, atq; tertii initiũ

Anni Augusti. 45. propemodum finis.

Cyclus Solaris. 12. G. litera ordinaria, extra ordinem vero. F.

5 4 Anno quarto Christi. D. Vrbis conditæ. 755. finis, atque. 756. initium.

Olympiadis. 195. tertii finis, atque anni quarti initium. Sicque priori Incarnationis anno, vt quaterni quiquę anni, vel octeni, & ab inde supra in ipso annorum olympicorum numero conueniunt.

Augusti Cæsars anni. 46. prope finis.

Cyclus

Ho. Pi Cyclus Solaris. 13. F. E. ordinariȩ literȩ. E. vnica extra ordinem. (tiū.

9 8 Anno octauo.chri.D.vrbis cō.759.finis,atq; 760 ini
Olympiadis. 196. anni tertii finis, vbi quarti initium fuit.
Augusti Imperii anni. 50. propemodum finis.
Cycli Solaris numerus. 17. A. G. vt quæque aliæ inferius regulares.

17 16 Anno sextodecimo Christi.D. Vrbis.767. finis,atq; 768. initium.
Olympiadis. 198 anni tertii finis,quartiq; initium.
Tiberii Cæsaris die.19. Augusti anni primi finis,atque secundi initium.

25 24 Anno vigesimoquarto Christi.D.Vrbis anni.775.finis,atque.776.initium.
Olympia.200.anni tertii finis,vbi quarti initiū fuit
Tiberii Cæsaris anni. 9. finis,ac.10. initium.

29 28 Anno vigesimo octauo Christi. D. 779. Vrbis condi. finis, atque.780 initium.
Olympiadis. 201. anni tertii finis,atque quarti ipsius initium.
Tiberii Cęs. anni.13. finis,atq;.14. eiusdem initium

30 29 Anno vigesimonono Christi D.Vrbis.780.finis,atq; 781. initium.
Olympiadis. 201.quarti anni finis,primique olympiadis. 202. initium.
Tiberii Cæsaris. 14. finis, atque. 15. initium.

31 30 Anno trigesimo Christi Domini. 8. idus Ianuarii baptizatus.
Vrbis conditæ annus. 781.desiit;Ibique Aprili mense. 782. inchoauit.
Olympiadis anni.202.primi finis,atq; secūdi initiū.
Tiberii Cæsaris anni. 15 finis,vbi &.16. initium.

32 31 Anno trigesimoprimo Christi.D.Vrbis con. 782. finis,atq,.783.initium.
Olympiadis.202. secundi finis,tertiique anni illius initium.
Tiberii Cęsaris.16.finis,atque. 17.anni ipsius initiū,

33 32 Anno trigesimosecundo Christi. D. vrbis. 783. finis vbi anni. 784. initium.

Ho. Pi. Olympiadis.201. anni tertii finis,quartique initiū Tiberii Cæsaris.17.finis,vbi.18.initium fuit.

34 33 Anno trigesimo tertio à natiuitate labente,anni vrbis cōditę. 784. Aprili mēse finis,atq;.785.initiū.

Olympiadis. 202 . anni quarti æstate vel autūno subsequenti finis,vbi olympiadis .203.anni primi initium fuit.

Tiberii Cæsaris . 18.sextili mense finis , vbi.19.anni eiusdē initium fuit.

Hoc anno Christus.D.32. vltra menses tres,ac dies decē perfectos agens annos , passus est , quando tertio Aprilis die , ab hora sexta vsque ad nonam (ne Dominum suum sol in terris impie, atq; indebite patientem videret) & ipse in tenebris miraculose delituit.

ADVERTE prudens lector quelibet Christi.D.annum chronographorum omnium more labentem , à.25.Decembris ad subsequentis anni , ac mensis eiusdem diem vsualiter, atque rationabiliter numerari ; intra cuiusquidem initium ac finē singula annis ipsius gesta , & à chronographis descripta, nec non emergentium annorum initia & fines, suo quæque loco contineri (vt Vrbis con. Aprili mense, olympiadum solstitio, vel autuno Tiberii cæsaris sextili mense , Imperii vero Augusti cal.Ipsis Ianu .) cum vsualibus ferè concurrente annorum ipsorum numero . Omnes autem fermè ānorum numeri Christi.D.sinistrorsum lateraliter positi penès Onuphrii seriem, vsque ad .34.inclusiue , vnitate præuenientes in olympiadum annorum numero consentire videntur . At vero in Imperatorum Augusti, ac Tiberii, vrbis quoque con.annis, nec non in singulis annorum, dierūm mensium , ac feriarum numero opinione magis, quàm ratione , & authoritate , à veritate ipsa dissentire.

DE annis Christi. D. Vrbis quoque conditæ à nece Cæsaris ad. C.Solini obseruationem.

Anno ab vrbe condita. 708 . mensibus decem , ac diebus. 23. idibus Marti.C . Iulius Cæsar Anno quarto olympiadis 183 vertente anno occisus est.

A cal.autem Ianua.Cæsaris cædem præcedentibus ad Christum.D.natū,ac circūcisum,quarto tunc olympiadis .194. atque Vrbis .752.voluentibus annis.44. (vt antea osten-

sum

ſum eſt (exacti, atque cõpleti interfuerunt añ . 44

A circuncisione vero ad illius baptisma, quod anno vrbis 781. labente, primoque olympiadis. 202. fuit, quarto prioris olympiadis. 201. præcedenti anno Chriſti. D. 28. ę ſtate proxima exacto, intermedii. 29. vltra dies ſex fluxere. añ. 29.

A baptiſmate ad annum Chriſti. D. 32. perfectum, anno tunc vrbis. 784. atque olympiadis. 202. quarto dudum inchoato anno, tres tantum fuere intermedii. añ. 3 / 76

Exinde ad mortem, & paſſionem illius (æque ac necis Caſ. diem) anni. 76. menſes tres ferè intercesſere. Vbi quartus olympiadis annus, vrbis quoque conditæ. 784. prope finem ferebatur annus.

Ab hoc ergo demum paſſionis die, ac necis cæſ. anno, ad Vrbis conditæ. 801. completum, chriſti vero. 49. labentem. 20. demum vltra dies. 17. ferè enumerantur anni. cuius quidem computationis ſumma, Græcorum, ac latinorum codicum Romæ collatione peracta (teſte Solino cap. 2.) anno ipſo. 801. vrbis, publicis annotata eſt tabellis.

Ex hac annua recollectione corrolarie infertur Chriſtum. D. 33. ætatis ſuæ, quartoque olympiedis. 202. labentibus paſſum. Ex quo de quarto in quartum quouis olympiadis anno, ſiue ex quaternis quibusque conſtantibus idem ad eundẽ reuertatur annorum ipſorum numerus, velut. n. tertioquoq; cõpleto, quartus olympiadis eiusdẽ ãnus ſubſequitur, ſic tertio olympiadis. 183. tẽpore Iulii cæſ. cõpleto, æſtate eademmet quartus inceptus eſt ſubſequens enumerari annus, Anno Vrbis. 709 terminans; quando primus olympicorum annorum celebris tota græcia habebatur. Qnod non minus de natiuitatis anno Chriſti. D. atque. 28. ante baptiſmatis diẽ decurso, nec nõ de. 32. uitę illius haud ſecus dici poteſt. Vbi anno tertio olympiadis. 202. deſinente, quartus tunc æſtate, vel autumno anni eiuſdẽ proxime ſubintrauit vſque ad. 33. labentem perſeuerans.

FINIS TRACTATVS SECVNDVS

PROPOSITIONES QVINTA PRO PASCHE MOBILIVM AC FESTORVM, NECNON AVREI NVMERI,

Atque æquinoctii sedis in Rom. calendario collatione.

Petri Pitati Mathematici Veronensis.

Propositio Prima.



QVANDOQVIDEM paschalis diei solẽnitatis obseruationem cum iuxta ueterem, tum nouam quoq; legem notum sit ex duobus pendere principijs; Aequinoctio uerno uidelicet, atq; quartædecimæ lunæ mẽsis primi idagatione: Propterea eiusdẽ Aequinoctij sedes ꝓprio Ro. Calendarij loco quoad fieri possit, præ omnibus stabilienda cẽsetur. Quod commodè fieri arbitramur, si modo superfluentes dies 14 à 10 siue 11 Martij die ad 24 siue 25 absq; vlla etiam Solaris Cycli Litterarum ue Dominicalium commutatione in annis duobus, septem videlicet in anno è dierum numero mensis cuiusq; dierum 31 furtiue quodãmodo, & clandestine subtrahãtur; quibus elapsis, dies omnes, menses, & anni cões, ac bissextiles (ut moris est) usq; ad annũ 1600 cum subsequentibus centenis duobus 1700, 1800 communibus non bissextilibus transactis, atq; anno exinde 1900 non secus, atque 1500 bissextili dudum transacto, cæteri adhuc centeni quique tres cões, at è cõtra quartus centenus quotusquisq; bissextilis enumeretur annus seruata in reliquis de quadriennio in quadriennium prisca intercalandi serie, ita ut 24, siue 25 Martij die proprius æquinoctij obseruetur locus hoc scilicet communi, atque illo bissexili anno.

Bis 1500
cões 1600
1700
1800
Bis 1900
cões 2000
2100
2200
Bis 2300

Propositio Secunda.

AVrus decemnouennalis cycli nnmerus Sacrosancti Nicenę synodi iussu per Alexandrinos patres in eorum calendario descriptus, postmodum per Dionysium Ro. Abbatem in nostrum translatus, ad quintum quenque locum in ipso Ro. calendario hoc pacto transferendus existimatur, ut qui modo primus sub numero dierũ 23 Ianuarij ascribitur in 19 eiusdem mensis diem, ut quique alij, in quintum cõmutetur locũ. Qui quidem Aureus numerus anno Niceæ synodi 323 Lunam primam, ut cœteri insinuarat, quod & de quartadecima Luna dictum putamus. Tutius tamen siue per horas, & horarum minutias eisdem appositas, uel per Epactas Astronomicis tabulis elaboratas quibuslibet annis 19 unius Lunaris Cycli parui, uel magni etiam annorum 304 lunationes quæq; cum oppositionibus suis adæquari poterunt quibus annis 304 Romanis, lunationes oẽs pari ferè dierum, & horarum numero adęquãtur. Secus his duobus neglectis, Pascha nostrorum sæpius Luna 22. 23, ad 26, & ultra etiam 28 in Februario quoque ac Ianuario mensibus celebrari contigerit, Atque Septuagesima ad Decẽbrem mensem, & vltra etiam remeare uidebitur.

Propositio Tertia.

QVartadecima Luna mensis primi cuius luminarium Synodus propinquior fuerit æquinoctio uernali, siue modo præueniat, uel subsequatur cuiusq; pleniluni j die post ęquinoctij ipsius transcensum, media fuerit luminarium oppositio: Quarta decima tunc eadem uerus sit Paschalis Solẽnitatis index cuius quidẽ oppositionis hora si sabbati die post meridiem ante videlicet. Dominicæ diei, hoc est medie noctis inceptionẽ, siue antea quãuis alia hebdomadę pręcedẽtis feria cõcurrrerit tunc dominica eadem proxime subsequenti Pascha nostrum celebretur, secus autem plenilunio post noctis mediũ dominicæ ipsius contingenti, propterea 14 nundum plene exacta in concordantiã doctorum aliquorum, & ne iudicare uideamur, iuxta Theophili, ac Cyrilli sententiam (si modo sacri huiusce Cõcilij patribus, ita uisum fuerit) ad octauam festum istud transferendum mandetur.

Propositio Quarta.

PRO expeditiori, lucidiorique 14 Lunæ indagatione Ro. Ecclesiæ medias, & æquales luminarium coniunctiones ad meridiem vrbis Romæ Astronomico calculo examinatas, obseruandas instituat. Quorum primum Greca olim post Hebraicam, tum secundum noua, & Latina Ecclesia obseruauit.

Propositio Quinta.

QVamuis propria, ueramq; hęc sit paschalis solẽnitatis forma per antiquos primæue Ecclesiæ patres in memoriam resurrectionis dominicæ nobis tradita alijs licet antea nondum firmata Ecclesia 25 Martij Incarnationis die. Alijs quartodecimo ab hoc die, Alijs (Asianis præsertim) 14 Lunæ mensis primi in memoriam cænæ Domini, quacunque feria contigisset, Pascha suum celebrantibus. Veruntamen cum difficillimum sit, ne dicam impossibile, ut quod per plurima annorum sæcula inoleuerit (si quo præsertim humano iure solidatur) repentino quodammodo exitu pereat. Propterea si quando sacri Tridentius Concilij patres pręmissos modo canones pro recta Paschæ celebratione aliqua ex parte, uel etiam in totum ob rei ipsius difficultatem olfecerit, Attendant quæso canonis huiusce formam, quæ (ut spero) neque Responsorũ Cardinalium, neque Episcoporum, uel aliorum patrum aures offendat; adeo facilem, adeo inquam toti Christiano populo comodum, ut neque sacerdos aliquis in ipso dierum, horarum ue numero pro Pascha, septuagesimaque indaganda, nec laicus pro carni uoto expectando, neue ieiunantes æstu nimio, uel frigore minus fatigentur. Talis igitur Paschalis solennitatis formula hæc erit, ut quum firmiter, & catholicè pro certo habeamus Christum D. XXV, Martii, uel tertio potius Aprilis die cruci affixum. Atque ita 27, Martii, uel quinto Aprilis dominico die à mortuis surrexisse; sic paschales limites non à 22, Martii, ut prius, quin à 25, ipsius mensis, neque ad 25 Aprilis quin à primo ad septimum mensis eiusdẽ diem per pies 14, septem uidelicet Martii, ultimos, ac totidẽ Aprilis primarios statuantur; ipsi tamen primo Aprilis, duobus (& rationabiliter quidem) adiunctis diebus; si quando ad

octauam per dies septem Martij ultimos usque ad septimum Aprilis diem, ut infra Paschę dies differatur. Primus igitur infra prędictos paschales limites dierum 14 è regione dominicalis literæ anni, inquam, propositi occurrens dominicus dies, hic tanquam resurrectioni dominicæ propinquior, uel non longe saltem à scopo aberrans, in memoriam resurrectionis eiusdem toti Christianę Reip. obseruandus sub pontificalis censuræ pœna statuatur. Hoc tamen animaduerso, quòd feria sexta, siue etiam sabbati die coniunctione, aut oppositione luminarium contingenti, tunc paschæ dies non ea proxime subsequenti Dominica die celebretur, qua luminarium coniunctio, uel plenilunium modo præcesserit, quin ad octauam dominicæ illius non tamen ultra prædictos paschales terminos transferatur. Non inutile tamen fuerit luminarium coniunctiones, & oppositiones ueras, uel æquales quemadmodum Ecclesiæ magis libuerit, has pro 14, ac 15 lunaribus diebus, at illas pro nouiluniis ad vrbis Romæ meridiem, uel per aureos numeros, si non astronomicè computatas, saltem ad quintum quenque locum in Ro. calendario pro nouitiis, uel mediocriter etiam eruditis in promptu singulariter exhibere. Verum tamen quoniam instantię tres, nec vulgares quidem præmissę quartę, & ultimę positioni probabiliter saltem impingi posse uidentur, his primum ex ordine propositis respondeamus.

Harum prima est solaris ecclypsis parasceues siue etiam sabbati die contingentia. Secunda Hebræorum phasce cum nostra concurrentia. Tertia est sacrorum canonum de 14 Luna, ac diei paschalis antiquorum patrum constitutio. Quo ad primam ergo dicendum est quòd seruata præcedentis canonis forma, quæ est ut nouilunio, siue luminarium oppositione sexta feria, uel etiam sabbati die contingenti paschæ dies ad subsequentem dominicæ diem, hoc est ad octauam, in Aprilem transferi mandetur, quando scilicet 8 uel 21, uoluente Luna nullus, uel solis labor, uel Lunæ deliquiuum ullibi terrarum orbe in miraculose tantum uideri unquam possit. Hoc & enim ueteres Ecclesiæ patres, passionis dominice memoriā recolentes ob euitandam uerborum calumniam summopere euitauerunt propterea iuxta Theophili, ac Cyrilli sententiam uniuersalis Ecclesiæ consensu sancitum est, nisi plenilunio, siue 14. completa (quòd horis 18, & paulopost, ultra dies prædictos 14, perficitur) Pascha nostrum dominica die celebrandū,

secus

ſecus ad octauam prorogandum, quòd de 25, Aprilis die maxime patet, quando ex eccleſiæ uſu extremum illuc paſchæ terminum prorogamus; ſtante inquam huiuſce paſchatis forma, primæ, ac ſecundæ inſtantiæ argumentum refellitur. Si nãque ſexta feria 14, Luna deſinente, ſabbatiue die 15, adhuc uoluẽte Luna Paſcha noſtrum ad octauam, ut propoſuimus rationabiliter diſtulerimus quo pacto die eademmet Paſcha noſtrum cum Iudæis manducabimus; quando hi 14, uel 15, etiam Luna ex noua eorum inſtitutione, at nos in 21, Lunam feſtum iſtud differamus? Ad tertiam & ultimam inſtantiam dicitur non obſtantibus antiquis Eccleſiæ ſynodalibus inſtitutis, quòd ea quæ neque ad ius diuinum, uel naturale ſpectãt, poteſt ſummus Pont. Ro. maxime totius Eccleſiæ (ut nunc habito conuentu) omnia prędeceſſorum ſuorum inſtituta, iuris inquam, poſitiuis, cerimonialia præſertim, de quibus nunc agitur, pro temporis, ac loci exigentia diſpenſare, moderari & in melius immutare, eo magis cũ nõ omnino tollantur, quin in aliam meliorem formam transferantur.

CANON PASCHALIS.

G	25	Martii.
A	26	
B	27	
C	28	
D	29	
E	30	
F	31	At
G	1	Apr.
A	2	
B	3	
C	4	
D	5	
E	6	
F	7	

Dominicali litera anni præpoſiti, uel uertentis ex ſeptem ultimis Martii diebus accepta, hac tu dominica die Paſcha noſtrum celebrandam decerne, dum tamen præcedenti feria ſexta, ſiue etiã ſabbati, die ante meridiem plenilunium, aut amborum luminarium coniunctio minime pręueniat, quorum utrouis, ut ante prauenienti Paſchę dies præcedentis inquam dominicæ diei, in Aprilem transferatur. Vltima domum paſchalis ſolennitatis forma pro rei huiuſce umbilico hæc eſt, quæ nullam admodum difficultatem pariat, cuique neque uniuerſalis ſynodi, uel criſteolarum principum collatione aliqua, uerum ſummi Pontificis nutu cum eundem Pontificali collegio tantam opus ſit. Quod eſt, ut omiſſa dierum 14, in annis duobus amputa-

putatione, quam antea proposueramus, æquinoctium uernale decimo Martii die, ut nunc, absque controuersia, per multa seculorum sæcula stabiliatur, quod erit si annis 1600 Christi D. cum subsequentibus centerias duobus 1700, 1800, communes, non bissextiles (ut antea proposueramus) efficiantur anni subsequens autem 1900, bissextilis currat annus, & sic cētenis quaternis quibuslibet annis tres (hæc inquam temporis spatio) deuorentur dies ne forte aliquando quatuor commisceantur tēporum qualitates. Pro Romani uero calendarii emendatione, Aureus Numerus eidem ascriptus, in quintum quenque locū, uel mensis eius ut die, ut à 23, in 19. Ianuarii præferatur die. Quod & de quartis decimis quoque diebus (quas claues, uel paschales terminos uocant) eo dictum puta. Qui modo non à 21, Martii in 25, Aprilis terminari, quin à decimo Martii (proposito nunc uere uernalis æquinoctii die) in 18, Aprilis diem, nec ultra, citraue transferri possint in spatio tantum annorum 303, ferè quibus annis 304, lunationes omnes (mediæ, inquā) die integro naturali in nostro nunc Ro. Calendario cum luminarium oppositionibus æque preueniunt, quemadmodum, & æquinoctia (ueris, præsertim) quæ in annis 400, à priori diebus tribus ferè præueniunt (ut dictum est) horas, & horarum minutias astrologis iudiciariis relinquentes. Qua de re si modo fieri liceat ego inter annorum Astronomorū numero inferior ueram solaris anni quantitatem inter Alphonsi atque Albategni metas incedentem exponam, hanc licet octaoi orbis motu aliqualiter agitari seruiam. Ex quarum quidem intuitione excessum super annum Iulii Ces. quantitatem per dies, horas, atque horarum minutias æque deprehendes.

Alphonsi					Pitatti				
Anni	D	H	m	2	Anni	D	H	M	2
1			10	44	1	0	0	10	48
2			21	28	2	0	0	21	36
4			42	56	4	0	0	43	12
8		1	25	52	8	0	1	26	24
16		2	51	44	16	0	2	52	48
20		3	34	40	20	0	3	36	0
40		7	9	20	40	0	7	12	0
80		14	18	40	80	0	14	24	0
100	0	17	53	20	100	0	18	0	0
200	1	11	46	44	200	1	12	0	0
400	2	28	33	28	400	3	0	0	0
800	5	23	6	56	800	6	0	0	0
1600	11	22	13	52	1600	12	0	0	0
2000	13	21	47	20	2000	15	0	0	0

FINIS.

87

ORTVS ET OCCASVS STELLARVM OMNIVM IN ZODIACO, QVIBVS CONTINGIT PLANETIS ALIQVANDO PARTILITER CONIVNGI, ITEM INSIGNIORUM fixarum extra signiferum longitudines latitudinesq;, cum gradibus cœli mediationum, aspectibusq; earum trino, ac sextili in eclyptica;

Quarum quidem stellarum numerus est.332. per Petrum Pitatum in Academia Philarmonica Veronensi Mathematicam, & Astronomicam disciplinam profitentem

TRACTATVS III.

CLARISS. ANTONIO BVLDVNO PATRITIO VENETO PRO ILLVSTRISS. DVCALI DOMINIO VERONENSIS FISCI Quæstori Optimo Petrus Pitatus S. P. D.



I modo veritus essem, quin tuum per se satis illustre nomen, haud dignis gestorum tuorum præconiis obscurum magis, quàm clarum redderem (nondum enim oris mei sonus ad sesquialteram diapente, nedum ad quadruplam disdiapasom ꝓportionē ascēdit) neue te magis Quæstor optime calamistris, vt aiunt, inurere timuissem, quàm tenuibus ingenioli mei viribus extollere; Non equidem vsq; adeo ob mutuissem; Silebo ne ergo, nec dicam benignitatem, synceramq; illam animi tui bonitatem omnibus, quoad fieri possit prodesse, nullique vnquam obfuisse? ob quæ in hoc tuo fiscaliũ rerum magisstratu omnes Illusttriss. Senatus Veneti stipendio astricti non minus tibi obnoxios sese perpetuo fatentur, nihilq; magis exoptant, quàm te ipsorum, vrbisq; nostrę pręfectum ab eodem. S. V. proxime decerni. Sic & ciues omnes, totusque Veronensis Populus ob amorem, & charitatem erga omnes, facilemq; & innatam morum tuorũ suauitatem, comitatemq;, & æquanimitatem haud minus ob discessum tuum ex vrbe hac dolent, vereque mœrent, quàm te summo gaudio, summaq; spe, ac diutina expectatione Pręturam tibi in ciuitate ista deferendam anhelant. Verum hoc vnum nequaquàm silentio prętereundum mecũ duxi, quod est diuinum magis, quàm humanum ingenii tui acumen, quo vix cognita, appræhensaq; rei substantia & essentia, componas simul, diuidas, atque ex non longa quidem præmissarum argumentatione, rotundo ore, ac truncato enthymemathe rei summam diffinias æque, concludas, atque determines. Quis est qui ignoret animi solertiam in mediis inuestigandis, ac rei exitu, post consultationem, exequendo? Exinde præterita meditaris, præsentia cognoscis, futuraque non secus, quàm præsentia per causas longe præuides. Ad quæ cœlestium corporum influxus, motuumqs ipsorum agnitionem (quæ tu non mediocriter calles) non

parum

garum quidem coferre peripatheticorum, nec non theologorum plurium sententia profitemur. Quorum quidem non minima partialium, atque efficientium causarum pars in cognitione stellarum fix arum existit, illarum præcipue, quibus planetæ in signifero sæpius cohærent; Quę pręsertim Tractatui nostro de pascha, atque vsualis anni emendationi innectuntur. His tute ergo præ animi tui excellentia, magnitudineq; allectus, non tam proprium ex stellarum fixarum descriptone, ortibusque earum, & occasibus, quàm vniuersale genethliacorum omnium commodum expctás. hæc me incudi, ac prælo subiicere non mediocriter hortatus es. At ego vt voluntati tuę moremgererem desiderium hoc tuum, velleque ipsum pro iussione, ac præcepto hilari animo suscipiens, libentius assensi, tum maxime vt inclytus, cum prosapiæ, tum virtute ipsa nominis tui splendor & gloria mihi clipeus, thoraxque, ac tibialia forent contra caninos latrátium morsus, ac Teoninos dentes, & ne aliquo rhynocerotis naso nostra hec scripta, te protegente, in posterum subsannentur. Vale. Veronæ Calendis Aprilis.

M: D, L I I I I

STELLARVM FIXARVM INSIGNIORVM DESCRIPTIO, QVAE DVDVM AB OMNI MENDA expurgatę, atque ad propria loca anno .D. M. D. L. ad Alphonsi mentem redactæ, modo breui canone ab vtriusque tam noni, quàm octaui orbis Arietis capite, penès neotericorum obseruationes (Copernici præsertim cœlestium motuum recognitoris) ad vera ipsarum loca per Petrum Pitatumm veronensem Mathematicum restitutæ legenti offeruntur



Omina & notiones stellarum fixarum, quæ intra, parumuè supra zodiaci metas situantur, octauo quidem orbi formaliter assignari absque controuersia omnib⁹ innotuit, longitudines vero ipsarum, nec minus erraticarum omnium loca in supremo orbe á sectione vernali post Ptholęmaicā obseruationem cunctis quoque venandas compertum iam extitit, Iunioribus Licet Georgio Trapezontio, Augustino Ritio, & aliis adhuc recentiorib⁹ vtrinqne tam à capite Arietis mobilis, quàm fixi, non minus erraticarum, quàm fixarum pro earum apothelesmatibus dignoscendis, assumentibus, nec non & ab octaua mobili latitudines stellarum quarumuis, vt priores, accipientibus; Ex quo latitudinem nusq̃ permutant, & si ortus & occasus gradum, cœli quoque mediationem immutant, cœli medii cuspidem tam immo terræ angulo, quám in superiori cœli, terræque regione iuxta mathematicorum cmnium vsum assumendo. In qua quidem stellarum quaruncunq; mediatione parua, vel minima sæpe temporis, & graduum distantia reperitur, quæ maxima in ortu, & occasu stellarum ipsarum inuenitur; quemadmodum in prima, ac in secunda subsequentium tabularum descriptione polaribus gradibus. 42. 45. 48. atque his intermediis accōmodandarum apparet; ob diuersam nanque sæpius stellarum, regionisq; latitudinem, varietas non parua in ortu & occasu, vt diximus, signorum quoque, nedum grandum de ordinatio

